

CAPUT III.

De Adjunctis Poenitentiae.

DUBIUM I.

Quid sit Sigillum Confessionis, et qui ad illud teneantur.

633. An in hac materia sigilli liceat uti opinione probabili. — 634. Quomodo servari debeat sigillum. — 635. Quot peccata committat qui sigillum violat. — 636. Non est obligatio sigilli ex confessione facta, neque ex secreto commissio extra confessionem. — 637. 1o. Quid, si poenitens discesserit indispositus. — 2o. Quid in dubio an dixerit aliquid intra vel in ordine ad confessionem. — 638. In quibus casibus non frangatur sigillum. — 639. An confessarius possit et teneatur dare poenitenti non absoluто schemam confessionis factae vel absolutionis acceptae. — 640. Quae cadant sub sigillo. Cadunt 1o. Peccata poenitentis, etiam venialia. 2o. Peccata complicis. An liceat interrogare de complice (Remissive, ad n. 491). — 641. Dub. 1o. An liceat monere complices ex licentia poenitentis. — Dub. 2o. Quomodo cadit sub sigillo etiam objectum peccati. — 3o. Cadit poenitentia imposta. — 4o. Cadunt peccatorum circumstantiae. An cadant virtutes et revelationes. — 642. An cadant defectus naturales poenitentis. — 643. Quid, si tales defectus per se pateant, nempe si poenitens sit blaesus, surdus, etc. — 644. Quid, si sit scrupulosus. Et quid, si confessarius advertat intra confessionem poenitentem esse surdum. — 645. Qui teneantur ad sigillum. Teneruntur 1o. Confessarius. — 646. Quomodo debeat confessarius respondere, si interrogetur an audierit aliquod peccatum vel an absolverit. — 647. 2o. Superior requisitus pro licentia peccati reservati. 3o. Interpres. 4o. Qui audit confessionem furtive aut casu; vel ex necessitate, puta in naufragio, etc. 5o. Is cui sacrilegio revelatum est peccatum. 6o. Confessarius fictus. 7o. Doctor consultus. 8o. Scriptor confessionis. 9o. Confessionem scriptam legens. 10o. Juxta aliquos etiam poenitens, sed hoc improbabiliter. — 648. Fusius discutitur. Quaestio 1. An doctor consultus a confessario de licentia poenitentis, teneatur ad sigillum. — 649. Qu. 2. An teneatur quem consultum poenitens pro confessione facienda. — 650. Qu. 3. An, qui legit confessionem alterius scriptam. — 651. Quomodo debeat esse licentia data a poenitente ad loquendum. — Debet esse 1o. Expressa. 2o. Libera. 3o. Non revocata. 4o. Sufficit autem si detur voce. 5o. Vel si detur facto, scilicet si poenitens incipiat loqui. — 652. An confessarius possit loqui de peccatis cum poenitente statim post absolutionem. An possit monere poenitentem de errore in confessione commisso (Remissive ad n. 622). — 653. An possit loqui intra confessionem de auditis in alia. — 654. An frangat sigillum confessarius, dicendo audivisse in aliquo loco tale peccatum. — Dub. 1. An violet sigillum manifestans peccata alicujus loci. — Dub. 2. Quid, si dicat religiosum alicujus conventus vel ordinis commisso tale peccatum. — 655. An liceat uti notitia confessionis, ad externam gubernationem (Vide quae sunt apud Busenbaum). — 656. Dub. 1. An confessarius, ob peccatum a subdito auditum, possit eum amovere ab officio. — 657. Dub. 2. An possit negare suffragium ei quem ex confessione noverit indignum. Et an ad hoc possit uti aliquo praetextu. An confessarius possit uti notitia confessionis ad custodiendas res suas, aut diligenter invigilandum, aut ad alia. — 658. Dub. 3. An possit negare communionem aut Ordinem, aut assistantiam in matrimonio, poenitentis sine absolutione dimisso. — 659. Dub. 4. An possit uti notitia confessionis ad se cavendum ab insidiis sibi paratis. An possit se celare a poenitente, quem per confessionem alias noverit in plura criminis solere prolabi, etsi alii celationem non advertant. Et an possit aufugere a poenitente indisposito, qui eum minis exterrit si non absolvet. — 660. Dub. 5. An possit celebrare in ecclesia quam ex confessione noverit pollutum. Dub. 6. An tenearis pergere ad confitendum ei quem sciveris ex confessione non esse confessarium. — 661. Confessarius non tenetur cavere quascumque leves suspiciones aliorum.

633. — Ante omnia, pro dilucidatione mentalis liceat uti opinionibus probabilibus. Lacroix¹ (ex Diana, Gobat et Stoz

¹ Lib. 6, part. 2, n. 1945. — Diana, part. 5, tr. 11, in proem. — Gobat, tr. 7, n. 853. — Stoz, lib. 2, n. 205.

In materia sigilli non utendum nisi opinionebus certis.

citatis) tantum dicit expedire ^{a)} quod sequamur sententias faventes sigillo. — Sed melius Viva¹ ait neminem posse uti scientia habita ex confessione, nisi certum sit moraliter (aut saltem certe probabilissimum) quod ex tali usu nulla eveniat confessionis revelatio, et nullum poenitenti gravamen. Ratio: tum quia hoc expedit reverentia debita sacramento (sed haec prima ratio non satis convincit; cum plures et graves doctores, ut Sanchez, Pontius, Vasquez, Salon et alii, citati Lib. I, n. 51, v. Secunda, doceant non esse obligationem reddendi sacramentis, prout caeteris praecepsis divinis, reverentiam plus quam probabilem); tum quia aliter probabile gravamen poenitenti inferretur, ob quod confessio odiosa ei redderetur. Et haec ratio quidem valde urget; ut enim dictum est (Lib. I, n. 52), non est licitum uti opinione probabili in praedictum juris certi quod alter possidet; poenitens autem possidet jus ne occasione suaue confessionis ullum patiatur gravamen.

Quidquid igitur alibi dixerim, re accuratis persensa, puto hic omnino dicendum non licere uti opinionibus, ex quarum usu certum non sit moraliter nullum poenitenti gravamen inferri ^{b)}.

634. — « Resp. 1o. Sigillum hoc est obligatio juris divini strictissima in omni

¹ Append. ad propos. damnat., § 9, i. f., v. His tamen. — Sanchez, Decal., lib. 1, cap. 9, n. 33. — Pontius, de Matr., lib. 4, cap. 25, n. 9. — Vasq., in 1^o 2^o, disp. 63, cap. 3. — Salon, in 2^o 2^o, qu. 68, art. 4, controv. 2, concil. 4, ad 3. — ² Part. 5, tr. 11, resol. 2. — Fagund., de 2^o praec. Eccl., lib. 6, cap. 1, n. 6. — Kellison, in Suppl., qu. 11, art. 1. — ³ Part. 5, tract. 5, resol. 8. — Malder., de Sigillo, cap. 3, v. Quarri etiam. — Baldell., tom. 1, lib. 3, disp. 14, n. 18. — ⁴ Part. 5, tr. 11, resol. 26. — ⁵ De Poenit., n. 703. — ⁶ Lib. 2, diss. 3, cap. 12, n. 4.

litia injuriaie damnosae contra justitiam: quando nimirum poenitens ex revelatione sigilli etiam grave damnum incurret vitae, famae, fortunae, etc. ». — Roncaglia fere idem docet; quin etiam de duabus ultimis malitiis ita loquitur, tr. 19, qu. 6, cap. 1, qu. 2^o, resp. 1. « Ista autem duo ultima peccata non intervenient, quoties poenitens jus ad famam vel ad secretum non habet ».

^{b)} Croix videtur potius oppositum docere, scribens n. 1937: « Licet fractio sigilli quoad malitiam justitiae oppositam, posset esse peccatum veniale, si leviter tantum laedatur fama vel jus proximi; tamen, quoad malitiam religionis oppositam, semper est mortale ». — Hinc etiam notandum est communem non videtur hanc S. Alphonsi sententiam, quamvis expresse eam teneant Salmant., tr. 6, cap. 14,

« casu, etiam quo integri regni salus periclitaretur, ad tacendum, etiam post mortem poenitentis, dicta in confessione (id est in ordine ad absolutionem sacramentalem) omnia, quorum revelatio sacramentum redderet onerosum vel odiosum.

« Unde resolves:

635. — « 1o. Violatio hujus sigilli duplicitem habet malitiam: *sacrilegii*, contra reverentiam sacramento debitam; et *injustitiae*, ex pacto virtuali inter poenitentem et confessarium de secreto isto servando omni casu. Diana² ex Fagundez, Kellison, etc. — Neque hic datur parvitas materiae. Diana³ ex Madero, Baldelli, etc. ».

Melius dicendum quod triplicem habet malitiam, nempe *sacrilegii* contra sacramentum; *infidelitatis* gravis, cum ex parte confessarii intercedat onerosa, quamvis tacita, promissio secretum servandi; item *detectionis*, si peccatum non sit publicum. — Ita Sporer⁴, Roncaglia⁵, Croix⁶ et alii communiter.

636. — « IIo. Non inducitur haec obligatio: 1o. Per confessionem factam *ficta*, ex v. gr. ad furandum, illudendum, vel sarcodotem pervertendum »: [Vel ad se conquerendum] « etsi hoc casu adhuc prudenter tacendum sit. Vide Diana⁴. » [Est commune cum Holzmann⁵, Concina⁶ et

Violatio, duplex pecatum, juxta Busenbaum.

Triplex, juxta S. Doctorem.

Sigillum, ex sola confessione sacramentali et non facta.

aliis passim]. — «². Si quis extra confessionem accipiat aliquid sub sigillo confessionis; quia tantum est obligatio secreti naturalis, gravior aut levior, pro rei exigentia ». [Ita etiam Concina¹ et Holzmann²; ac Navarrus³ cum Innocentio, Panormitano, Cajetano, Soto et communis].

Sigillum servandum, etsi poenitentis recedat indispositus.

Item, in dubio an ali- quid sit dic- tum in or- dine ad con- fessionem.

Casus in quibus si- gillum non frangitur.

637. — Nota hic 1^o. Quod confessarius tenetur ad sigillum, etsi poenitens discedat indispositus: modo iste dixerit peccata ad obtinendam absolutionem. Ita S. Thomas⁴, Lugo⁵, Concina⁶, Roncaglia⁷, Holzmann⁸, Sporer⁹ et Salmant.¹⁰ ex communi. — Notandum 2^o. Quod adhuc in dubio an aliquid sit dictum a poenitente in ordine ad confessionem, confessarius tenetur ad sigillum. Suarez et alii apud Salmant.¹¹ communiter; item Bonacina¹² cum Reginaldo, Graffio¹³, Suarez et alii; item Renzi¹⁴, Tamburini¹⁵, Mazzotta¹⁶; Croix¹⁷ cum Reginaldo et Schildere (contra Bardi). Ratio, quia alias redderetur odiosa confessio: dum alioquin plura peccata revera in confessione audita, ob defectum memoriae et hallucinationem confessarii, possent impune manifestari.

638. — « III^o. Non frangitur sigillum: « 1^o. Si in genere dicas Titium tibi confessum esse venialia, aut esse probum, innocentem: modo non dicas in iis circumstantiis, ex quibus colligi possit alios esse nocentes vel confessos mortalia.

¹ Cap. 12, n. 4. — ² De Poenit., n. 703. — ³ Man., cap. 8, n. 18. — ⁴ Innoç., in cap. Omnis, de poenit. et remiss., n. 7. — ⁵ Panorm., in id. cap., n. 25. — ⁶ Cajetan., v. Confess., i. f., v. Sed si non, — ⁷ Sotus, in 4, dist. 18, qu. 4, art. 5, concil. 4. — ⁸ In 4, dist. 21, qu. 3, art. 1, solut. 1, ad 1. — ⁹ Disp. 23, n. 45. — ¹⁰ Loc. cit., n. 3. — ¹¹ Tr. 19, qu. 6, de Sigillo, cap. 1, qu. 2, resp. 2. — ¹² Loc. cit., n. 703. — ¹³ Part. 3, cap. 7, n. 809. — ¹⁴ Tr. 6, cap. 14, n. 15. — ¹⁵ Suar., disp. 33, sect. 2, n. 6. — ¹⁶ Loc. cit., n. 18 cum n. 11. — ¹⁷ De Poenit., qu. 6, sect. 5, punct. 2, n. 4. — ¹⁸ Regin., lib. 3, n. 7. — ¹⁹ Suar., loc. cit. — ²⁰ De Poenit., cap. 5, sect. 3, qu. 6. — ²¹ Method. Confess., Append.

« 2^o. Si dicas N. tibi esse confessum; « etsi in certis circumstantiis hoc quoque periculose sit ». Laymann¹⁷. — Immo, si poenitens verbo vel facto (v. gr. clam accedendo) significaverit se nolle sciri quod sit confessus, confessarium revealare sigillum volunt Reginaldus¹⁸, Navarrus¹⁹ et Mercerus, apud Diana²⁰. [Et recte consentiunt Sporer²¹ et Holzmann²² cum aliis]. « Quia poenitens, confitendo confessario extraordinario, veniret in suspicionem gravioris criminis: quod Tamburini²³ dubie confirmat, asserens se vereri ne talis accedat ad fractionem sigilli.

« 3^o. Si peccata ita referas, ut, mora liter loquendo, persona innotescere non possit; neque communitas aliqua etiam parva infametur, ut quod ibi talia vitia regnent (vide Diana²⁴): id enim esset contra sigillum ». [Vide infra, n. 654]. — « Unde Turrianus apud Diana²⁵ et Tamburini²⁶ reprehendunt superiorem localem qui provinciali forte dicat in sua domo saepe postulari licentiam absconde vendi a reservatis, quia potest redundare in ignominiam et damnum domus. Etsi idem Tamburini²⁷ dicat probabile esse quod non sit contra sigillum, si dictae licentiae petitiae fuerint extra confessionem.

« 4^o. Si utaris notitia extra confessionem acquisita, imo ipsum peccatum

de Sigillo, cap. 3, n. 20. — ¹⁵ Tr. 6, disp. 2, qu. 5, cap. 1, v. Septimo. — ¹⁶ Lib. 6, part. 2, n. 1946. — ¹⁷ Regin., loc. cit. — ¹⁸ Schilder., de Princip. Conscient., tr. 6, cap. 5, § 3, n. 49. — ¹⁹ Bardi, de Consc., discept. 6, cap. 11, part. 4, § 11. — ²⁰ Lib. 5, tr. 6, cap. 14, n. 21. — ²¹ Mercer., Suppl., qu. 11, art. 2, v. f. — ²² Part. 5, tr. 11, resol. 47. — ²³ Part. 3, cap. 7, n. 825. — ²⁴ De Poenit., num. 708. — ²⁵ Method. Confess., Append. de Sigillo, cap. 3, num. 1. — ²⁶ Part. 2, tr. 15, resol. 18. — ²⁷ Turrian., de Poenit., disp. 33, dub. 1, v. Difficultus est. — ²⁸ Part. 5, tr. 11, resol. 45. — ²⁹ Loc. cit., cap. 3, n. 2. — ³⁰ Loc. cit., cap. 4, n. 2.

n. 3; Palaus, tr. 23, punct. 19, § 1, n. 2; et perspicue eamdem insinuat Coninck, disp. 9, dub. 1, n. 1.

637. — a) Jacobus de Graffis, Decis. aur., part. 1, lib. 1, cap. 23, n. 26, utique vult servandum esse secretum eo casu, non tam ratione sacramentalis sigilli: « In re dubia, inquit, potius inclinandum est ad servandum secretum proximi quam ad prodendum: tum ad evitandum scandalum, tum etiam ad evitandum onus probandi se illud extra confessionem audisse ».

638. — a) Laymann dicit: « Revelare confessionem peccati factam esse... interdum licite fit ». b) Reginaldus et Navarrus male citantur a Busenbaum; Reginaldus enim, lib. 3, n. 54, scribit: « Violaretur sigillum, si non confessionis, saltem naturae, ad quod confessionem audiens se astrinxit ». — Et Navarrus, in cap. pen. Sacerdos, de poenit., dist. 6, n. 72: « Posset tamen dici hoc casu confessarium teneri quidem sigillo secreti naturae..., non autem teneri ejusmodi confessarium sigillo secreti

quod aliunde tibi innotuit aperias; modo nullam circumstantiam ex sola confessione notam, nec certius referas quam extra confessionem nosti: quo in casu opus est magna cautela et tutissimum est silere. — Laymann¹.

Danda est schedula confessio- nis, etiam non absolu- to.

639. — « IV^o. Quando plures, v. gr. studiosi vel aulici, etc., tenentur ferre testimonium confessionis, confessarium teneri id dare etiam iis quos non absol- vit, docet Coninck², Fagundez et Diana³. Tum ne id negando prodat aliquo modo sigillum et poenitentem; tum quia dando non mentitur, cum tantum testetur esse confessum. — Verum Bonacina⁴ et card. de Lugo⁵ docent tali schedam negare non esse contra sigillum (idemque concedit Aversa⁶, si non constet poenitentem accessisse ad hunc confessarium). Tum quia nihil dicit, sed tantum non approbat testimonio positivo confessionem (ad quod non tenetur), nec quidquam facit, ex quo possint cognosci delicta poenitentis; tum quia alias via aperiretur fraudibus, et multi improbi parochos in Paschate deciperent; tum quia potest esse consuetudo ut scribatur absolutum esse: quod falsum erit, si scribat; et si omittat, sigillum frangere; tum quia scandalosum erit et ini- quum publicae meretrici perseveranti (uti et occulto peccatori, sic pallianti suam iniquitatem) testimonium dare confessionis: neque confessario impunitum erit quod eum positive non defendat ».

¹ Lib. 5, tract. 6, cap. 14, n. 3. — ² Disp. 9, n. 14. — ³ Fagund., de 2^o prae. Ecc., lib. 6, cap. 4, num. 40. — ⁴ Part. 5, tr. 11, resol. 22. — ⁵ De Poenit., qu. 6, sect. 5, punct. 4, num. 7. — ⁶ Disp. 23, n. 87. — ⁷ Qu. 18, sect. 2, v. Sed alter. — ⁸ Lib. 5, tr. 6, cap. 14, n. 8. — ⁹ Append. qu. 3, v. Quaeres. — ¹⁰ Tr. 19, qu. 6, cap. 2, qu. 4. —

confessionis». Et ita quidem, et recte, Diana eos citaverat.

639. — a) Sporer, part. 3, cap. 7, n. 839, refert quidem hanc sententiam; sed n. 840, verius sibi videri ait confessarium non teneri dare tale testimonium.

b) Laymann, loc. cit.; Elbel, n. 493; Stoz, loc. cit., hanc sententiam limitant, ut non procedat casu quo poenitens simulato animo ad confessionem accedit. Praeterea aliquam causam non quidem negandi, sed differendi hoc testimonium assignant Laymann et Auctor

Probabilis est et communius quod, si in schedula scriptum sit poenitentem tantum esse confessum, schedula sit concedenda; ut tenet Laymann⁷, Auctor de Officiis Confessarii⁸ (apud Croix), Sporer⁹, Roncaglia¹⁰, Elbel¹¹, Croix¹²; et Holzmann¹³ cum Stoz et Diana. Quia negare schedulam idem esset ac indirecte revealare eum non esse rite confessum¹⁴. — Et hoc est contra Bonacina¹⁵, qui ait negandam esse, et contra Lugo¹⁶, qui cum Henriquez dicit posse negari; quia, licet confessarius non possit revelare peccatum, non tenetur tamen testimonio positivo illius confessionem approbare. Sed huic rationi non acquiesco; quia, esto non tenetur cooperari ad approbationem illius confessionis, tenetur tamen vitare indirectam revelationem, quae, negata schedula, vitari non potest.

Secus vero, si confessarius in schedula deberet scribere poenitentem non solum esse confessum, sed etiam *absolutum*. Quia, cum mendacium sit intrinsecum malum, nunquam proferri potest; ut communiter docent doctores, Lugo¹⁷, Palaus¹⁸ cum Croix¹⁹, Sporer²⁰, Roncaglia²¹, Laymann²². — Si tamen schedulae essent jam typis editae, ubi asseratur absolutio impunita, videtur probabile (ut aliqui recentiores dicunt) tradi posse confessis non absolutis, saltem si publice petant; quia tunc confessarius nullum profert aut scribit mendacium, sed tantum materialem actum operatur, talem schedulam tradendo.

¹⁰ De Poenit., confer. 19, de Sigillo confess., num. 492. — ¹¹ Lib. 6, part. 2, num. 1944. — ¹² De Poenit., n. 708. — ¹³ Stoz, lib. 2, n. 235. — ¹⁴ Diana, part. 5, tr. 11, resol. 22. — ¹⁵ Loc. cit., punct. 4, num. 7. — ¹⁶ Disp. 23, num. 87. — ¹⁷ Henrigez, lib. 6, cap. 22, n. 4. — ¹⁸ Loc. cit. — ¹⁹ Part. 3, cap. 7, n. 840.

de Officiis confessarii, scilicet: « Si res (sunt verba Laymanni) moram patiatur, quia non statim testimonium accipere aut exhibere necessere est; tunc illi cui absolutio negatur etiam testimonium negandum fore, addita exhortatione, ut se recte disponat ac postea redeat, testimonium una cum absolutione recepturus ».

c) Palaus, tr. 23, punct. 19, § 3, n. 5; auctor ap. Croix, loc. cit., qu. 3, i. f.; Roncaglia, loc. cit., qu. 4, i. f.; Laymann, loc. cit., n. 8, id perspicue significant. « Dixi: Testimo-

modo in- scribatur du- mptaxat esse con- sum.

Secus, si scribatur esse absolu- tum.

Nisi sche- dula sit ty- pis edita, et publice pe- tatur.

Sub sigillum cadunt omnia peccata poenitentis.

640. - « Vº. Sub sigillum cadunt:
« 1º. Omnia peccata poenitentis, tam
« futura quam praeterita (si quidem haec
« animo se accusandi sint manifestata;
« secus, si per modum simplicis narra-
« tione, vel ut confessarium ad simile
« peccatum induceret. Diana^{a)} ex Suarez
« et aliis octo).

« Ideoque peccat mortaliter qui, sive
« directe sive indirecte, aperit aliquod
« veniale in particulari, etiam leve Titii;
« quia materia sigilli parvitatem non ha-
« bet, ut est omnium fere sententia apud
« Diana^{a)} et Tamburinius^{b)}. — [Secus,
si confessarius dicat poenitentem confes-
sum fuisse materiam veniale, non autem
plura venialia^{b)}. Sporer^{c)}, Laymann^{d)},
Holzmann^{e)}; et Salmant.^{f)} cum Suarez,
Lugo, Navarro, etc.]. — « Vel, qui in ge-
nere dicit, eum sibi confessum esse ali-
quod mortale, vel casum reservatum,
vel excommunicationem; vel non esse
absolutum ob indispositionem. — Imo,

^{a)} Part. 5, tr. 11, resol. 25. - *Suar.*, disp. 83, sect. 3, n. 3 et 4. — ^{b)} Method. Confess., Append. de Sigillo, cap. 8, num. 2. — ^{c)} Part. 2, cap. 7, num. 830. — ^{d)} Lib. 5, tr. 6, cap. 14, n. 6. — ^{e)} De Poenit., n. 706, sub 2. — ^{f)} Tr. 6, cap. 14, num. 22. — *Suar.*, disp. 83, sect. 3, num. 9. — *Lugo*, disp. 23, n. 50. — *Navar.*, in can. *Sacerdos*, n. 68 et 69. —

niuum confessionis concedendum esse poenitenti, tametsi inabsolutum dimiseris: quia in eo testimonio, cum non sit de absolutione, sed de confessione, quae facta est tametsi inique, nullum adest mendacium. Ita Palaus, eodemque modo loquuntur ceteri auctores citati.

640. - a) Diana, part. 5, tr. 5, resol. 8, hanc profecto opinionem tenet, sed non dicit esse fere omnium sententiam; aliquot tamen auctores refert eidem patrocinantes.

b) Omnes quidem auctores citati negant esse mortale, si confessarius dicat poenitentem confessum esse materiam veniale; sed Laymann, Suarez et Navarrus non loquuntur de eo qui diceret confessum esse plura venalia.

c) Parum videntur dissentire ab invicem auctores. Suarez enim, disp. 34, sect. 4, n. 16; et Fagundez, de 2º p̄aecc. Eccl., lib. 5, cap. 2, n. 10, negant confessarium posse interrogare de persona complicis in particulari, nisi poenitens sua sponte illam declarat; ajunt tamen posse in generali interrogare an complex sit in periculo, vel ope ipsius poenitentis seu correctione indigeat; et juxta responsionem poenitentis, confessarius poterit illum generaliter monere ut sua obligacioni satis-

« confessorem qui dicat absolute: *Ego Petrum non absolvı*, frangere sigillum
« dicit Diana^{a)} ex Suarez et aliis novem.
« 2º. Etiam peccata complicis, sive pru-
« denter sive imprudenter detecti. — Su-
« rez, Vasquez, etc. communiter, apud
« Diana^{b)}.

« An vero liceat interrogare de com-
« plice, ad ejus correctionem faciendam,
« illamque ex licentia poenitentis facere?
« — Affirmant Suarez^{c)} et Fagundez^{c)}
« (contra Bañez^{c)}, Lorca, Nuñez^{c)}, et alios
« thomistas). Vide Diana^{a)}, card. de Lu-
« go^{d)}: ubi docet posse aliquando poeni-
« tentem a confessario obligari et cogi ad
« manifestandum complicem extra con-
« fessionem ». [De hoc vide omnino dicta
n. 491].

641. - Dubitatur 1º. *An possit confes-
sarius monere complicem de licentia poenitentis?*

Prima sententia (sed non satis proba-
bilis) negat. Et hanc tenent Tamburinius^{a)}

^{a)} Part. 5, tr. 11, resol. 42. - *Suar.*, disp. 83, sect. 6, n. 1. — *Suar.*, disp. 34, sect. 3, num. 2 et 3. - *Vasq.*, qu. 93, art. 4, dub. 5, a num. 5. — ^{b)} Part. 3, tract. 4, resol. 111. — *Lorca*, in 2º 2º, sect. 3, disp. 45, num. 20. — ^{c)} Part. 3, tract. 4, resol. 113. — ^{d)} Disp. 16, num. 426 et seqq.; et n. 432 et 438.

faciat, et addunt: « Unde secundo observare debet (sunt verba Suarez) ne se statim invitetur ad correctionem faciendam, etiamsi intellegat esse convenientem vel necessariam; pri-
mum ne scandalum aliquod praebat poenitenti, vel occasione revelandi complicem sine necessitate. — Fagundez, n. 2, dixerat correctionem complicis fieri posse de licentia poenitentis, sub certis quibusdam conditio-
nibus. — Bañez autem, in 2º 2º, qu. 33, art. 8, dub. 8, p. 1, concl. 4; et Nuñez, in Suppli, qu. 11, art. 2, diff. 2, dicunt « regulariter » et communiter interrogandum esse poenitentem de persona complicis ad corre-
ctionem faciendam; sed Bañez addit: « Quodsi in tales angustias res ipsa redacta fuerit ut nulla alia persona inveniatur idonea, nisi ipse confessarius, tunc fateor quod non repugnat secreto confessionis, ut confessarius obliget poenitentem ut sibi revelet extra confessionem tertiam personam corrigendam; hoc tamen semper intelligendum est... quando ex tali modo procedendi non sequitur ignoran-
tium et pusillorum scandalum ».

641. - a) Tamburinius, Method. Confess., Append. de Sigillo, cap. 3, n. 7, cum Vasquez, qu. 93, art. 4, dub. 5, n. 5, de alio casu lo-
quuntur, scilicet de revelatione complicis ex

Item, pec-
cata compli-
cis.

Juxta
alios, mone-
re complice-
m etiam
de licentia
poenitentis
non licet.

confessore, § Ad primum respondeo, v. Ad 8. - *Navar.*, Man., cap. 7, n. 7. - *Henrig.*, lib. 5, cap. 10, n. 4. - *Ils.*, tr. 6, dist. 21, qu. 3, art. 3, concl. 2. - *Angel.*, v. *Confessio I*, n. 3. - *Tan.*, tom. 4, disp. 6, qu. 9, n. 146 et 147. - *Lib. 6*, part. 2, n. 1959. — ^{b)} Opusc. 12, qu. 6. — ^{c)} Part. 3, tit. 14, cap. 19, § 11. — ^{d)} Disp. 34, sect. 4, n. 4 et 5. — ^{e)} Tr. 28, punct. 19, § 3, n. 16. — ^{f)} Tr. 19, qu. 6, cap. 1, qu. 5, resp. 2. — ^{g)} Loc. cit., n. 1959. - *Adrian.*, de Confess., dub. de Con-

poenitentis licentia; sed, n. 8, ubi Tamburinius de praesenti casu disputat, omnino tenet cum S. Alphonso secundam sententiam.
b) Diana, part. 5, tr. 11, resol. 24, loquitur pariter de revelatione complicis; sed part. 3, tr. 4, resol. 113, de praesenti casu disputans, omnino tenet hanc primam sententiam.
c) Lugo, disp. 23, n. 138; Dicastillus, disp. 12, dub. 5, num. 80; Aversa, qu. 18,

cum Vasquez^{a)}; item Sotus, Paludanus, Angelus, Tanner, etc., apud Croix¹; ac probabilem putat Diana^{b)}. — Ratio prima, quia hoc esset etiam contra sigillum; cum etiam peccata complicis sub sigillo cadant. Ratio secunda, quia alioquin confessio redderetur aliis odiosa, etsi non poenitentibus.

Secunda vero sententia, communissima et vera, affirmat. Eamque tenent D. Thomas² (ubi docet non licere revelare in confessione personam complicis, nisi forte salvato correctionis ordine fraterna: ergo ex licentia poenitentis potest confessarius complicem corriger); item S. Antoninus³, Suarez⁴, Lugo⁵, Palaus⁶, Roncaglia⁶, Diana^{b)}; et Croix⁷ cum Adriano, Gersonio⁸, Navarro, Henriquez, Dicastillo⁹, Aversa¹⁰ et Ilsung. Ratio, quia complex ex confessione alterius complicis nullum jus acquirit ad sigillum sacramentale: hoc enim sigillum institutum est tantum in favorem poenitentium, unde sequitur naturam aliorum sacramentorum, in quibus jus secreti acquiritur ei soli qui illud committit. Et ideo, sicut solus poenitens sigillum ponere potest, ita ipse solus potest auferre. Et sic respondetur primae rationi. — Nec obstat dicere quod confessio sic redderetur aliis odiosa. Nam revera id tantum reddit odiosam confessionem quod poenitentes a confessione retrahit: et hoc quidem odium est omnino vitandum ex hujus sacramenti institutione; non autem quodcumque odium quod alii irrationabiliter sumerent ex confessione poenitentium.

Sotus, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 5, ad 4. - *Palud.*, in 4, dist. 21, qu. 3, art. 3, concl. 2. - *Angel.*, v. *Confessio I*, n. 3. - *Tan.*, tom. 4, disp. 6, qu. 9, n. 146 et 147. - *Lib. 6*, part. 2, n. 1959. — ^{b)} Opusc. 12, qu. 6. — ^{c)} Part. 3, tit. 14, cap. 19, § 11. — ^{d)} Disp. 34, sect. 4, n. 4 et 5. — ^{e)} Tr. 28, punct. 19, § 3, n. 16. — ^{f)} Tr. 19, qu. 6, cap. 1, qu. 5, resp. 2. — ^{g)} Loc. cit., n. 1959. - *Adrian.*, de Confess., dub. de Con-

Dubitatur hic 2º. *Quomodo cadat sub sigillo objectum peccati?*

Respondeo quod cadit, nimurum si v. gr. filius confiteatur odisse matrem ob illius adulterium, vel non corripuisse fratrem de furto; adulterium enim illud et furum cadunt sub sigillo tamquam objecta peccati. Ita Viva⁸, Renzi⁹, Fillucci¹⁰, Sporer¹¹, Tamburinius¹². — Probabiliter verodicunt Tamburinius¹³ et Sporer¹⁴ quod si poenitens confiteatur se gavism de homicidio in publica platea commisso, non teneretur confessarius ad sigillum; quia, cum homicidium sit publice notum, et per accidens lateat confessarius, non censemur illud velle sigillo subjicere. — Caeterum, ubi nullum adest periculum revelationis vel gravaminis poenitentis (juxta dicenda n. 657, in fine), minime cadit sub sigillo objectum peccati.

« 3º. Poenitentia imposita, si gravis sit, hoc est quae consuevit injungi pro mortali^{e)}, qualis nunc esset, ait Diana¹⁵, Corona B. Virginis, non vero Miserere. — Aversa¹⁶.

« 4º. Peccatorum circumstantiae, quas taceri poenitentis interest, etsi dictae sint post absolutionem; v. gr. si spurius sacros ordines suscepit, si nobilitatem jactaverit, etc. — Bona vero poenitentis, et caetera impertinentia quae per accidentes interponuntur, nec odium sacramento pariunt, v. gr. propositum religionis vel matrimonii, saepe quidem (si nimurum poenitens ea tecta velit) sub obligationem secreti naturalis, non tam sacramentalis, cadunt. Exciplunt

Objectum
peccati
quandoque
cadit sub si-
gillum.

Quando-
que proba-
biliter non
cadit.

Poeni-
tentia
gravis
imposita.
Peccato-
rum cir-
cumstan-
tiae que-
dam.

Quid de
ceteris per
accidentes in-
terpositis.

poenitentis licentia; sed, n. 8, ubi Tamburinius de praesenti casu disputat, omnino tenet cum S. Alphonso secundam sententiam.
b) Diana, part. 5, tr. 11, resol. 24, loquitur pariter de revelatione complicis; sed part. 3, tr. 4, resol. 113, de praesenti casu disputans, omnino tenet hanc primam sententiam.
c) Lugo, disp. 23, n. 138; Dicastillus, disp. 12, dub. 5, num. 80; Aversa, qu. 18,

sect. 4, i. f., loquuntur de complicis revelatione.

a) Gersonius de Differ. peccator. venial. et mortal., consid. 19, videtur sic tenere; sed Quaeſt. quaedam cum suis responsionib., videtur contrarium amplecti.

e) Seu: « Melius dicendum, ut ait S. Doctor in Hom. apost., tr. 16, n. 153, si non est de minimis, quae plerumque solent imponi pro venialibus levissimis ».

Virtutes et virtutis quandoque cadunt sub sigillum.

« Tanner et Coninck, nisi poenitens talia dixerit in ordine ad explicanda peccata: « tunc enim sigillo sacramentali claudi tenent cum Diana¹.

« Idem de virtutibus et vitiis affirmit Granado contra Reginaldum¹ et Malderum¹, apud Diana².

Loquendo de virtutibus et revelationibus, Sà³, Bonacina⁴; et Navarrus⁵, Henriquez, apud Lugo⁶, negant omnino eas cadere sub sigillo; cum non sint materia confessionis. — Sed melius Lugo⁶, Roncaglia⁷, Mazzotta⁸; Croix⁹ cum Stoz; et Viva¹⁰ cum Diana distinguunt. Et recte negant, si virtutes aut revelationes manifestantur in confessione, ut status animae confessario innotescat¹¹; secus vero, si dicantur ad explicandum aliquem defectum vel propriam ingratitudinem erga Deum.

Idem dicunt « de defectibus naturalibus (v. gr. illegitime natum esse) et de vitiis occultis corporis Coninck, Hurtadus et Kellison, contra Granado¹², Malderum¹³, etc., qui ea sub sigillum cadere absolute ajunt apud Diana¹⁴. — Item de iis quae alias concernunt et ta-

Tann., tom. 4, disp. 6, qu. 9, n. 136. — Coninck, disp. 9, dub. 1, n. 13. — Part. 5, tr. 11, resol. 5. — Gran., in 3 P., contr. 7, de Poenit., tr. 11, disp. 3, n. 3 et 4. — Loc. cit., resol. 30. — ² V. Confessor, num. 32; v. Dona Dei, (edit. correct.). — ⁴ Qu. 6, sect. 5, punct. 2, n. 11. — Henr., lib. 6, cap. 21, n. 1. — ⁵ Disp. 23, n. 58. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Tr. 19, qu. 6, cap. 3, qu. 5. — ⁸ Tr. 6, disp. 2, qu. 5, cap. 1, v. Quinto. — ⁹ Lib. 6, art. 2, num. 1947. — Stoz, lib. 2, n. 233, i. f., et n. 191. — ¹⁰ De Poenit., qu. 10, art. 2, n. 2. —

¹⁾ Reginaldus et Malderus, quidquid dicat Diana, non videntur differre a Granado; Reginaldus enim, lib. 3, cap. 4, init., dicit sub sigillo cadere « omnia, quae, etsi peccata non sunt, (imo virtutes forte sint...) eis tamen detectis, directe vel indirecte adduci posset auditor, quo agnosceret confessum aliquid certum peccatum perpetrasse».

²⁾ Quod fere semper contingit, ait Diana.

³⁾ Granado, loc. cit., n. 2; et Malderus, cap. 15, init., non satis diligenter citantur; non enim absolute dicunt cadere sub sigillo, sed tantum si addantur haec ad melius declaranda peccata.

⁴⁾ Busenbaum satis obscure hic loquitur; et res clarissima exponenda est. Sit igitur: Tamburinius, loc. cit., cap. 3, adducit sententiam quae vult esse saltem indirecte contra sigillum dicere poenitentem esse scrupulosum, et n. 18 scribit: « Huic doctrinæ... ut probabili quidem acquiesco», sed immerito vocari communem a Diana. At hoc falso additur a Tamburinius; Diana enim, loc. cit., resol. 50, communem appellat sententiam quae negat esse

men peccata non sunt. Malderus et Diana¹².

« Denique de scrupulis (contra Coninck et Granado, qui eos sigillo claudi absoluunt) ait contra Marchant, qui « absolute negat) idem tenet card. de Lugo, « nimur, si poenitens scrupulositatem confiteatur, aut ad declaranda peccata vel conscientiam afferat, ait cadere sub sigillum; quia est in obliquo saltem materia confessionis. Secus, si non cognoscatur ex poenitentis relatione, sed videatur et percipiatur, v. gr. ex modo confitendi.

« Idem dicit de aliis defectibus naturalibus, v. gr. quod sit blaesus, rufus, hebetis ingenii, etc. Et sic excusat confessarium, qui de poenitente dixit quod impertinentiis et naeniis caput sibi frangat¹². — Granado tamen id improbat; et Coninck (apud Diana¹⁴) ait esse periculoso, et posse facile frangi sigillum indirecte. — Denique Tamburinius¹³ doctrinæ isti ne quidem ut probabili acquiscit, atque eam a Diana¹³ immerebit vocari communem, cum Granado¹³, Hurtadus¹³, Palaus¹³, Bauny¹³, etc. re-

Diana, part. 5, tr. 11, resol. 30. — Coninck, disp. 9, dub. 1, n. 13. — Gasp. Hurtad., disp. 12, de Poenit., diff. 4. — Kellis, in Suppl., qu. 11, art. 2, dub. 1. — ¹¹ Part. 5, tr. 11, resol. 29. — Malder., de Sigillo, cap. 18. — ¹² Loc. cit., resol. 38. — Coninck, disp. 9, n. 11. — Gran., in 3^{ma} Part., contr. 7, de Poenit., tr. 11, disp. 3, n. 2 et 3. — Jacob. March., Resol. pastor., tr. 5, cap. 4, num. 8. — Lugo, disp. 23, n. 60. — ¹³ Lugo, loc. cit. — Gran., loc. cit. — Coninck, disp. 9, dub. 1, n. 11. — ¹⁴ Part. 5, tr. 11, resol. 50.

quae peccata quidem non sunt, sed eis detectis, directe vel indirecte adduci posset auditor, quo agnosceret confessum aliquid certum peccatum perpetrasse».

¹⁾ Quod fere semper contingit, ait Diana.

²⁾ Granado, loc. cit., n. 2; et Malderus, cap. 15, init., non satis diligenter citantur; non enim absolute dicunt cadere sub sigillo, sed tantum si addantur haec ad melius declaranda peccata.

³⁾ Busenbaum satis obscure hic loquitur; et res clarissima exponenda est. Sit igitur: Tamburinius, loc. cit., cap. 3, adducit sententiam quae vult esse saltem indirecte contra sigillum dicere poenitentem esse scrupulosum, et n. 18 scribit: « Huic doctrinæ... ut probabili quidem acquiesco», sed immerito vocari communem a Diana. At hoc falso additur a Tamburinius; Diana enim, loc. cit., resol. 50, communem appellat sententiam quae negat esse

« fragentur. Aliterque limitans ipse ait: « Si isti defectus, v. gr. esse blaesus, rufus, dem, scrupulosum, etc., sint passim noti, non cadere sub sigillum; secus, si sint ignoti, quia confessio immunis esse debet ab omni odio».

^{642.} Melius mox praedicta discutienda sunt.

Quaeritur: *an frangat sigillum confessarius qui propalat defectus naturales sui poenitentis*, nempe quod sit ignobilis, pauper aut ignarus, surdus, et similia? — Respondet:

Si confessarius tales defectus noverit, quatenus a poenitente fuerint manifestati ad explicanda peccata, tunc certe cadunt sub sigillo; ut communiter cum Busenbaum docent Suarez¹, Palaus², Lugo³, Bonacina⁴, Concina⁵, Anacletus⁶, Sporer⁶, Croix⁷, Mazzotta⁸, Roncaglia⁹, Salmant.⁹ cum Dicastillo, Coninck, et alii passim, contra Vasquez¹⁰. — Et hoc, etiamsi manifestatio dictorum defectuum nihil conferret ad explicationem peccati, sed poenitens jam illos exponeret ad plenius suam conscientiam manifestandam; ut bene advertit Croix¹⁰ cum Lugo et Stoz.

Secus vero, si confessarius noverit defectus illos, quatenus poenitens incidenter sive impertinenter ad confessionem eos detexerit; ut etiam communiter dicunt

¹ Disp. 38, sect. 3, n. 5. — ² Punct. 19, § 2, n. 6. — ³ Qu. 6, sect. 5, punct. 2, n. 10. — ⁴ Lib. 2, diss. 3, cap. 12, n. 10. — ⁵ Tr. 14, dist. 9, n. 25. — ⁶ Part. 3, cap. 7, n. 841. — ⁷ Tr. 6, disp. 2, qu. 5, cap. 1, v. Secundo. — ⁸ Qu. 6, cap. 3, qu. 4. — ⁹ Tr. 6, cap. 14, n. 23. — ¹⁰ Dicast., disp. 12, dub. 3, n. 51. — Coninck, disp. 9, n. 18. — ¹¹ Lib. 6, part. 2, n. 1947. — Lugo, disp. 23, n. 59. — Stoz, lib. 2, n. 191 et 231. — ¹² Tr. 7, cap. 11, n. 322. — ¹³ Disp. 33, sect. 3, n. 10. —

contra sigillum. — Denique Granado, loc. cit., n. 2; Hurtadus, loc. cit., disp. 12, diff. 4; Palaus, punct. 19, § 3, n. 9; Bauny, Theol. mor., part. 1, tr. 4, qu. 2, de Sigillo, v. Tertio, affirmant esse contra sigillum.

^{642.} a) Lugo, disp. 23, n. 59; Croix, lib. 6, part. 2, n. 1947, haec dicunt de quibuscumque quae a poenitente narrantur ad explicanda peccata.

b) Vasquez, qu. 93, art. 4, dub. 3, n. 3, negat esse contra sigillum revelare defectus naturales, « quando nullum indicium esse possunt peccatorum aut peccati alicujus; sic enim cum non pertineant, nec per accidentis, ad confessionem, nescio (inquit) quomodo sub illius sigillo continantur».

c) Gabriel a S. Vincentio a Salmant. utique hic citatur; sed disp. 10, qu. 3, diff. 2, loquitur de casu inferius posito n. 643.

d) Reginaldus, lib. 3, n. 38 et seqq.; et Zerola, Prax. Poenit., cap. 20, qu. 10, non citantur recte a Bonacina pro hac parte distinctionis: eam enim plane omittunt.

e) Diana tamen, quidquid dicat Renzi, adducit distinctionem a S. Alfonso positam, et videtur eam approbare part. 5, tract. 11, resol. 29.

^{643.} a) Navarrus, Man., cap. 8, n. 12; Diana, loc. cit., resol. 50; Fagundez, de 2^o præc. Eccl., lib. 6, cap. 5, n. 17, loquuntur de casu quo quis se scrupulosum præbet in confitendo.

Si noti ex solo modo confitendi, non cadunt sub sigillo.

Nisi sint defectus naturae molestatiae, irsolutae, durae ad credendum.

Palaus¹, Antoine², Concina³, Sporer⁴, Renzi⁵; et Tamburinius⁶ cum Coninck⁷, Granado⁸, Hurtado, etc. Ratio, quia, cum defectus illi sint odiosi, et confessarius neverit eos occasione confessionis dum poenitens sua peccata explicabat, eorum manifestatio semper redderet aliquo modo confessionem odiosam et ab ea retardaret. Tantummodo prima sententia locum habere posset, quando omnino constaret confessario, poenitentem ex illius defectus manifestatione minime gravari.

Nec acquiesco opinioni Lugonis, qui⁹ subdit non cadere sub sigillo peccata quae commiserit poenitens in ipsa confessione, puta impatientiae, contumeliae in confessarium vel in alios; quia culpas illas poenitens non confitetur, sed committit vidente confessario. — Neque (dixi) huic acquiesco; quia talia peccata, licet non sint materia sigilli, tamen periculum revelationis involvunt: probabile enim indicium praebent quod confessarius vel noluerit absolvere vel acriter reprehenderit propter aliquam culpam graviorem.

Praeterea dicunt Tamburinius⁸, Viva¹⁰, Sporer⁹ (et consentiunt Wigandt¹⁰ ac Concina¹¹), quod si defectus naturales paupertatis, ignobilis et similius ita referantur a poenitente, ut ex adjunctis colligatur eos esse communiter notos, tunc non cadunt sub sigillo. Quia tunc non praesumitur poenitens narrare ipsos nisi ut cognitos, nec velle subjecere clavibus, quando expresse aliter non declarat. — Sed huic opinioni etiam merito non consentit Holzmann¹², ob eamdem rationem ut supra: quia, cum defectus illi ex peccatorum

¹ Punct. 19, § 3, n. 9. — ² Cap. 4, qu. 2. — ³ Lib. 2, diss. 3, cap. 12, n. 10. — ⁴ Part. 3, cap. 7, n. 844. — ⁵ Cap. 5, sect. 3, qu. 3. — ⁶ Method. Confess., Append. de Sigillo, cap. 3, n. 18. — ⁷ Gasp. Hurtad., disp. 12, diff. 4. — ⁸ Disp. 23, n. 60. — ⁹ Loc. cit., cap. 3, n. 13. — ¹⁰ Part. 3, cap. 7,

confessione cogniti sint a confessario, manifestatio eorum retardaret poenitentes a confessione^e.

644. — Quod autem dicunt auctores supra citati de aliis defectibus naturalibus, dicunt etiam de defectu *scrupulositas*, nempe posse confessarium dicere poenitentem suum esse scrupulosum, si id neverit vel ex modo confitendi, vel si illius scrupulositas sit publice nota. — Sed pariter huic nec acquiescimus cum Sporer¹² et Tamburino¹³ (qui citat Coninck, Granado, Hurtadum, Palaum, etc.); quia eadem ratio currit, cum non pauci aegre ferant scrupulosos appellari^a. Tantum id admitti posset, si minime redundaret in gravamen poenitentis; prout facile accidere potest loquendo de saecularibus, qui potius laudantur cum dicitur de eis quod sint scrupulosi: hoc enim pro iis qui in saeculo versantur indicium est bonae et timoratae conscientiae. Secus, si dicatur de paelato, confessario et similibus, quibus scrupulositas est signum mentis confusae et irresolutae.

Dicit autem Roncaglia¹⁴ *quod si aliquis poenitens communiter dignoscatur esse valde prolixus, inquietus, etc. in aliquo exponendo: tunc, quia clare apparet confessarium fugere, ne ab ipsius naturali prolixitate, inquietudine, etc. tandem afficiatur, in talibus circumstantiis fugere non esset fractio sigilli*. Hoc probabiliter admitti potest, si communiter pateat aliis poenitentem illum esse timoratae conscientiae, ita ut moraliter certo reputent immunem esse a gravibus culpis.

n. 842. — ¹⁰ Tr. 13, n. 118, v. *Nota*. — ¹¹ Lib. 2, diss. 3, cap. 12, n. 10. — ¹² Part. 3, cap. 7, n. 844. — ¹³ Cap. 3, n. 18. — ¹⁴ Coninck, disp. 9, n. 11. — ¹⁵ Gran., de Poenit., tr. 11, disp. 3, n. 2 et 3. — ¹⁶ Gasp. Hurtad., disp. 12, diff. 4. — ¹⁷ Palaus, punct. 19, § 3, n. 9. — ¹⁸ Qu. 6, cap. 2, reg. in praxi, n. 1.

Peccata commissa in confessione ne pertinent ad sigillum.

Non eximit a sigillo defectus esse communiter notos.

^b) Coninck, disp. 9, n. 11; Granado, de Poenit., tr. 11, disp. 3, n. 2, hoc dicunt de scrupulositate.

^c) Viva, de Poenit., qu. 10, art. 2, n. 5, ut a S. Alphonso citatur, loquitur de defectibus qui ex modo confitendi confessario noti sunt; sed n. 1, v. *Idem dicas*, loquitur de rebus etiam quae ab ipso poenitente dicuntur.

^d) Holzmann, de Poenit., n. 706, sub 4^o; pariter tractat de defectibus quos confessarius ex ipso modo confitendi percipit.

^e) « Nihilominus hoc intelligitur, ait S. Doctor in *Hom. apost.*, tr. 16, n. 154, tantum pro iis defectibus, quorum manifestacionem ex se aegre ferre potest poenitens..., non vero cum sunt defectus qui rubori aut exprobrationi ei non sunt, ut est esse coecus, surdus, mendicans et hujusmodi, et contra jam communiter innotescunt ».

644. — ^a) Sporer tamen, n. 844 cum n. 842; et Tamburinius, n. 19, negant esse contra sigillum, si scrupulositas sit communiter nota.

Scrupulositas, etsi nota publice vel ex modo confitendi, cadit subsigillo.

Limitatio.

Quando sit licitum fugere poenitentem prolixum, inquietum, etc.

Quinam feneantur ad sigillum.

Confessarius.

Quid, si confessarius advertat poenitentem esse surdum:

Petes hic, quid agere deberet confessarius, si quis, confitendo aliquam materiam gravem non satis distincte, confessarius ideo eum interrogans de circumstantiis, de consuetudine vel simili, neverit poenitentem esse surdum, cum minime adaequate interrogationibus ille respondet; et contra, confessarius altius vocem extollere nequit ne alii circumstantes audiant. — Respondeo:

Si circa initium confessionis advertat poenitentis surditatem, imponat ei ut redeat alio tempore et loco opportuno, ubi loqui libere possit confessarius, nec alii audiant. Et interim patefacere potest aliis surditatem poenitentis, quando talis defectus communiter sit patens. — Si vero advertat hoc in progressu confessionis, et poenitens post plures debitas interrogations recte non respondeat, tunc non licet confessario alta voce imponere poenitenti ut redeat, ita ut circumstantes hoc audiant; quia magna daretur eis suspicio quod materiam gravem ille sit confessus. Ideo in tali casu consilium esse puto, quod confessarius, intelligendo peccata meliori modo quo possit, absolvat^b; absolute quidem, si poenitens probabiliter censeatur dispositus; sub conditione vero, si de dispositione dubitetur. — Casum istum apud doctores non inveni, sed obvius est.

645. — « Resp. II^o. Ad sigillum tenetur omnes ad quos quomodocumque notitia sacramentalis confessionis per-^cenit. Qualis est:

^c 1^o. *Confessarius*, qui, si de auditis in confessione rogetur, potest negare,

¹ Disp. 23, n. 75. — ² Gran., de Poenit., tr. 11, disp. 6, n. 4. — ³ Part. 5, tr. 11, resol. 48. — ⁴ In 4, dist. 21, qu. 3, artic. 1, solut. 1, ad 3. — ⁵ Part. 3, tit. 17, cap. 22. — ⁶ Disp. 33, sect. 6, n. 6. — ⁷ Lib. 5, tr. 6, cap. 14, n. 12. — ⁸ Cap. 4, qu. 6. — ⁹ Tr. 13, n. 111. — ¹⁰ De Poenit., n. 722. — ¹¹ Tr. 23, punct. 19, § 3, n. 13. — ¹² Navar., Man., cap. 8, n. 19. — ¹³ Bonac., qu. 6, sect. 5, punct. 4, n. 31. — ¹⁴ Valent., in 3^o Part., disp. 7, qu. 13, punct. 4. — ¹⁵ Henrig., lib. 6, cap. 19, n. 7. — ¹⁶ Disp. 23, n. 73. — ¹⁷ Vasq., qu. 98, art. 4, dub. 12, n. 1 et 2. — ¹⁸ In 4, dist. 21, qu. 3, art. 1, solut. 1, ad 3. — ¹⁹ Disp. 33, sect. 6, n. 7. — ²⁰ Part. 3, cap. 7, n. 817. — ²¹ Disp. 23, n. 74. — ²² Vasq., loc. cit., n. 8 et 9. — ²³ Lib. 6, part. 2, n. 1985.

scire; quin etiam plures ajunt teneri sic respondere; non tamen omnes dicunt id facere posse etiam cum juramento.

645. — ^a) Henriquez, lib. 6, cap. 21, n. 5, citatur a Diana pro alio casu, videlicet quid sit respondendum, si confessarius interrogetur a ministro Missae an sit apponenda particula ut consecretur pro communione Petri qui confessus est.

646. — ^a) Omnes quidem auctores citati affirmant confessarium posse dicere se id ne-

« etiam, si opus est, cum juramento: sub-intelligendo quod possit dicere, vel potius (ut dicit card. de Lugo¹) quod sciat scientia utili ad respondendum interroganti extra confessionem. — (Excipit Henriquez²) et Granado cum Diana³, nisi ex illa negatione sequeretur confessionem non fuisse integrum, v. gr. si de publica meretrice rogaretur an non esset confessa fornicationem: tunc enim, declinando directam responsionem, dierendum esse illam confessam esse peccata sua, et se functum officio suo). — Imo, si peccatum suum salvo sigillo non possit confiteri, debet omittere; quia sigillum strictius obligat quam integritas confessionis».

646. — Quaeritur: *an confessarius, interrogatus de peccato poenitentis, possit dicere illud nescire, etiam cum juramento?*

Affirmandum cum communi^a), quam tenent D. Thomas⁴, S. Antoninus⁵, Suarez⁶, Laymann⁷, Antoine⁸, Wigandt⁹, Holzmann¹⁰; Palaus¹¹ cum Navarro, Bonacina, Valentia et Henriquez; ac Lugo¹² cum Vasquez (qui opinionem oppositam Gabrielis¹³ vocat erroneam) et aliis communiter. Ratio afferatur a D. Thoma¹⁴, qui dicit: *Homo non adducitur in testimonium, nisi ut homo; et ideo... potest jurare se nescire quod scit tantum ut Deus*. — Et hoc, etiam si confessarius rogatus fuerit ad respondendum, non ut homo, sed praecipue ut minister Dei; prout recte ajunt Suarez¹⁵, Sporer¹⁶; Lugo¹⁷ cum Vasquez et communi; item Croix¹⁸ cum Laymann¹⁹, Tanner²⁰, Stoz²¹, etc. (contra

Interrogatus potest dicere se nescire, etiam cum juramento.

Etsi rogetur ut minister Dei.

Paludanum, Sotum et Concina). Quia confessarius nullo modo scit peccatum scientia qua possit uti ad respondendum; unde juste asserit se nescire id quod sine iniustitia nequit manifestare. Vide dicta *Lib. III.*, n. 153.

Item, etsi rogetur ut respondet sine aequivocatione.

Quid, si insuper rogetur ad respondendum sine aequivocatione? — Adhuc potest respondere cum juramento se nescire, ut probabiliter dicunt Lugo¹; Croix² cum Stoz; et Holzmann³ cum Michel (contra alios). Ratio, quia tunc confessarius revera respondet secundum juramentum factum: quod semper factum intelligitur modo quo fieri poterat, nempe manifestandi veritatem sine aequivocatione, sed sine aequivocatione illa quae licite omitti poterat. Quoad aequivocationem vero necessariam, quae non poterat omitti absque peccato, nec alter habet jus ut sine aequivocatione ei respondeatur, nec ideo confessarius tenetur sine aequivocatione respondere.

Caeterum, ad hujusmodi interrogations confessarius debet ab initio respondere: *Has interrogations non esse faciendas.* — Item, si interrogetur an absolverit aliquem, respondeat: *Functus sum officio meo;* ut dicunt Concina⁴, Antoine⁵, Lugo⁶; et Salmant.⁷ cum Reginaldo⁸, Dicastro et

¹ Lib. 2, diss. 3, art. 3, v. *Ad aliquid quod dicunt* (n. 40). — ² Sotus, in 4, dist. 18, qu. 4, art. 5, v. *Dubium autem.* — ³ Concina, lib. 2, diss. 3, cap. 12, n. 25. — ⁴ Disp. 23, n. 79. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 1985. — ⁶ Sotus, lib. 2, n. 274. — ⁷ De Poenit., n. 722. — ⁸ Michel, de Poenit., part. 2, punct. 7, n. 11. — ⁹ Cap. 4, qu. 6, resp. 2. — ¹⁰ Disp. 23, n. 85. — ¹¹ Tr. 6, cap. 14, n. 28. — ¹² Dicastro, tr. 8, de Poenit., disp. 12, dub. 7, n. 114. — ¹³ Gran., de Poenit., tr. 11, disp. 6, n. 3. — ¹⁴ Tr. 6, cap. 14, n. 29. — ¹⁵ Henriquez, lib. 6, cap. 21, n. 5. — ¹⁶ Gran., loc. cit., n. 3. — ¹⁷ Sotus, disp. 33, sect. 4, n. 3. — ¹⁸ Disp. 23, n. 34. —

lib. 2, n. 267, id etiam habet quod hic apud S. Alphonsum dicitur.

^{a)} Concina, *lib. 2, diss. 3, cap. 12, n. 11*, loquitur de eo qui rogatur an audierit confessionem meretricis; Reginaldus vero, *lib. 3, n. 49*, de eo cui exprobatur quod audiverit peccatorem aliquem publicum.

^{b)} Soli Salmantenses ex citatis auctoribus loquuntur de superiori cui se sitit absolutus; ceteri autem, dumtaxat de superiore a quo petitur facultas absolvendi a reservato.

^{c)} Henriquez, *lib. 6, cap. 20, n. 1*, dicit solum confessarium teneri ad sigillum sub poenis a jure statutis. Sed, n. 3, ait doctorem consultum teneri arctiori sigillo quam lai-

Granado. Sed aliquando talis responsio adhuc posset non esse satis tuta; unde semper melius est respondere, objurgando interrogantem: *Quaenam interrogatio est ista quam facis?* — Si autem confessarius aliquem non absolverit, et dum Missam celebrat, interroget eum minister an ponat formulam pro communione illius poenitentis; respondeat confessarius: *Interroga ipsum an velit communicare.* Ita recte Salmant.⁷ cum Henriquez et Granado.

^{d)} 47. — « 2°. Superior cui se sistit absolutus a reservato^{a)}, vel a quo petitur licentia absolvendi a reservato. Suarez, card. de Lugo⁸, etc. »; — [Item Concina⁹, Antoine¹⁰, Holzmann¹¹, Elbel¹², Sporer¹³, Suarez¹⁴; et Salmant.¹⁵ cum Granado et aliis. Ratio: tum quia petitio illa est quae-dam inchoata confessio, quatenus ordinatur ad absolutionem obtainendam; tum quia alioquin confessio redderetur odiosa. Ita verius auctores citati.] — « contra Henriquez^{b)}, Vasquez^{b)}, Coninck^{b)} et Palaum¹⁶, qui secreto tantum naturali teneri volunt.

« 3°. *Interpres*. » — [Ita probabiliter Palaum¹⁷, Lugo¹⁸; et Salmant.¹⁹ cum Suarez, Coninck, Laymann, Bonacina, Dicastro, etc.: contra Sotum^{c)} et Cajetanum (apud

Superior cui se sistit poenitens pro reservato.

Secus, si poenitens sponte constituit publice.

Omnis qui bus sacrilege revelatur confessio.

Laicus pro sacerdote habitus.

Interpres.

Lugo¹), qui dicunt interpretem teneri quidem ad servandum secretum arctissimum, sed non sacramentale].

« 4°. Qui furtive vel casu aliquid audit, licet inculpate. » — [Ita etiam communiter Palaum² cum Adriano, Laymann, Bonacina, Coninck; Salmant.³ cum Dicastro, Diana, etc.; ac Lugo⁴ cum Suarez et Vasquez, contra Sotum^{d)}. Et sic pariter tenentur ad sigillum adstantes, in quorum praesentia confessio fit ex necessitate, puta in naufragio, conflictu, etc. Salmant.⁵ cum Suarez et Bonacina; ac Palaum⁶ cum Adriano^{e)}, Vasquez^{e)}, Coninck^{e)} et Laymann^{e)}. — Secus vero, si poenitens tantum ad suam confusionem velit publice confiteri. Palaum⁷; et Salmant.⁸ cum Coninck, Dicastro, etc.].

« 5°. Omnes quibus aliquid sacrilege revelatum est; unde de hoc nec inter se colloqui possunt. » — [Ita communiter Holzmann⁹, Sporer¹⁰, Concina¹¹, Salmant.¹², Laymann¹³ cum Gabriele et aliis, contra Medina].

« 6°. Laicus qui pro sacerdote est habitus. » — [Ita etiam Suarez¹⁴, Roncaglia¹⁵, Concina¹⁶, et Lugo¹⁷ cum aliis com-

^{a)} Disp. 23, n. 20. — ^{b)} Tr. 23, punct. 19, § 4, num. 5. — ^{c)} Adrian., in 4, de Confess., qu. de Sigillo, § Secunda pars. — ^{d)} Laym., lib. 5, tr. 2, cap. 14, n. 17. v. Tertio. — ^{e)} Bonac., qu. 6, sect. 5, punct. 3, n. 6. — ^{f)} Coninck, disp. 9, n. 35. — ^{g)} Tr. 6, cap. 14, n. 61. — ^{h)} Dicast., disp. 12, dub. 3, n. 27. — ⁱ⁾ Diana, part. 5, tr. 11, resol. 16. — ^{j)} Disp. 23, num. 39. — ^{k)} Sotus, disp. 33, sect. 4, num. 7. — ^{l)} Vasq., qu. 93, art. 4, dub. 2, n. 3. — ^{m)} Loc. cit., n. 60. — ⁿ⁾ Sotus, loc. cit., n. 7. — ^{o)} Bonac., loc. cit., n. 6. — ^{p)} Tr. 23, punct. 19, § 4, n. 4. — ^{q)} Loc. cit., n. 9. — ^{r)} Tr. 6, cap. 14, n. 62. — ^{s)} Coninck, disp. 9, n. 46. — ^{t)} Dicast., disp. 12, dub. 3, n. 27. — ^{u)} De Poenit., n. 718, v. Quinta. — ^{v)} Part. 8, cap. 7, n. 851 et 852. — ^{w)} Diss. 8, cap. 12, n. 30. — ^{x)} Tr. 6, cap. 14, n. 64. —

muniter; contra Sotum^{f)} et Vasquez^{f)}, qui improbabiliter id negant].

« 7°. Doctor vel alias, qui cum venia poenitentis consulitur; ut habet communior sententia; — [Et probabilior, prout mox dicemus *n. seq. 648, v. Tertia.*] — contra Vasquez. Vide Diana¹⁸.

« 8°. Qui alterius rudis confessionem scripsit.

« 9°. Qui scriptam invenit ac legit; ut docet Rodriguez, Fagundez, Malderus, etc., apud Diana¹⁹; — contra Suarez, Bonacina et Laymann, quorum sententia probabilis est. Juxta quam, etsi talis te-neatur secreto naturali, peccetque mortaliter si gravia ac diffamantia vulget: secus tamen, si sciens levia tantum esse, ea legat ex curiositate. — Unde conse-
quenter in casu gravissimae necessitatibus, talem confessionem scriptam liceret revelare. Excipit card. de Lugo²⁰, nisi tamen per scripturam voluerit confiteri, ut mutus, vel petere facultatem absol-
vendi a casu reservato.

« 10°. Etiam, secundum aliquos, ipse poenitens. — Verum probabiliter est, eum tantum teneri secreto naturali, ra-

Poenitens non tenetur nisi secreto naturali.

scribit: « Quod [secretum] dum interpres violat, quacumque id causa faciat, quamvis non incurrat poenas canonis, committit tamen sacrilegium; quia cum illud sit verum sacramentum, violator est rei sacrae. Quare mori constringitur antequam violet ». —

^{a)} Sotus, in 4, dist. 18, qu. 4, art. 5, concl. 4, v. Per hoc, distinguit; et negat teneri sub sacro sigillo si casu audiverit; si vero per injuriam sese ingerit ad confessionem audiendum arctissime omnium teneri ad sigillum licet non sub censuris sacerdoti decretis.

^{b)} Auctores isti citantur a Palao uti refert S. Alphonsus; at sane Vasquez, loc. cit., loquitur de eo qui « casu audivit » confessio-nem; et ita etiam Laymann, loc. cit., n. 17, v. Tertio. — Coninck, loc. cit., n. 35 et 46,

Doctor vel alias consuls.

Scribens confessionem alterius.

Reperiens confessionem alterius scriptam.

« tione materiae, si ea id requirat, tacere audita a confessario. Vide Laymann, Diana¹.

Ita communiter et verius Laymann², Palaus³, Suarez⁴ (qui id asserit ut certum), Bonacina⁵, Salmant.⁶, Wigandt⁷, Holzmann⁸ et alii passim. Quia sigillum institutum est tantum in favorem poenitentium, non confessariorum: quapropter jus sigilli non confessariis, sed tantum poenitentibus confertur. — Verumtamen omnes cum Holzmann dicunt teneri poenitentem vinculo secreti naturalis de dictis a confessario, quorum propalatio eidamnum posset afferre. Mihique videtur teneri poenitentes huic secreto (quamvis naturali) strictius quam alii; alii enim voluntarie consilia praebent, sed confessarius tenet praebere ex officio. Unde, cum confessarius obligetur necessario ad dandum consilium poenitenti, ut ille sibi caveat a damnis spiritualibus; ideo poenitens rigorosius tenetur cavere ne confessario damnum obveniat ob consilium sibi praestitum.

Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 14, n. 20. — ¹ Part. 5, tr. 11, resol. 8. — ² Loc. cit., n. 20. — ³ Tr. 28, punct. 19, § 4, n. 18. — ⁴ Disp. 33, sect. 4, n. 2. — ⁵ Qu. 6, sect. 5, punct. 3, n. 2. — ⁶ Tr. 6, cap. 14, n. 67. — ⁷ Tr. 18, n. 119, v. Resp. 3. — ⁸ De Poenit. num. 715. — Holam., loc. cit. — ⁹ Tr. 23,

et 6, cum S. Alphonso tenet eum astringi sigillo sacramentali.

^{648. - a)} Joannes Medina, *Cod. de Confess.*, qu. 46, i. f., quaerit in universum: « Si... confessor confessionem alicui revelaret extra confessionem, sive occulte sive publice sine licentia confitentis, ille alias an teneatur celare auditum sicut et ipse confitens [confessarius]? Credem quod non, quia ille non per viam confessionis illud scivit ex casu ».

^{b)} Coninck, *disp. 9, dub. 3, n. 38 et seqq.*, late disputat de hoc quaequo, probations afferens utriusque sententiae: illius scilicet quae affirmat, et illius quae negat teneri ad sacramentali: « Sed haec opinio, inquit, maxime mihi displacebit ».

^{c)} Tamburinius, *de Sigillo*, cap. 4, n. 4, refert tres sententias; et hanc et ceteras probabiles existimat.

^{d)} Diana, *part. 2, tr. 15, resol. 14*, utique hanc ut probabiliorem amplectitur. Sed *part. 5, tr. 11, resol. 11*, plane oppositum docet cum S. Alphonso; refert enim sententiam quae negat hunc teneri sigillo sacramentali: « Sed haec opinio, inquit, maxime mihi displacebit ».

^{e)} Nuñez a Diana citatur pro parte qua negat teneri ad sigillum sacramentale; at re vera, *in Suppl., qu. 11, art. 1, v. Utrum interpres*, Nuñez tenet sententiam a S. Alphonso secundo loco expositam. « De consiliario vero, inquit, quem consulti ipse confessarius ex licentia poenitentis... Videtur mihi quod non sit ibi proprio secretum sigilli, siquidem ibi non est confessio, et contingere potest quod ille non sit sacerdos; obligatur tamen aequali secreto cum sigillo confessionis, ita ut in nullo casu possit illud revelare ».

Doctor consultus, juxta alios tenetur solum ad secretum naturale.

Juxta alios, ad secretum naturale nullo casu revelandam.

^{f)} Secunda sententia, cum Coninck^{b)}, Henriquez^{f)}, et cui adhaerent Sotus^{g)} ac Cajetanus^{g)} apud Lugo^{g)}, censem consiliarium non teneri ad sigillum; quia notitia peccati non manifestatur ipsi ad obtinendam absolutionem, sed ad instructionem confessarii (et hic notandum quod Lugo¹, licet ipse sit pro sententia opposita, attamen huic rationi consentit): sed bene teneri ad servandum secretum arctissimum, ita ut nullo casu possit illud revelare. — Ratio hujus valde urgens est: quia, cum saepe hoc accidat quod confessarii alios consulant ex licentia poenitentium, redderetur utique odiosa confessio, si aliquo casu notitia confessionis posset manifestari.

^{g)} Tertia sententia probabilior (quam idem Coninck^{b)} fatetur communem fere omnium) docet teneri consiliarium aequum ac confessarium ad sigillum, semper ac notitia peccati manifestatur ei, ut confessarius bene se gerat circa munus suum. Ita Laymann², Suarez³ (qui eam tenet ut certam), Lugo⁴ (qui dicit omnino amplectendam) cum Navarro, Paludano, Petro de Soto, Viguerio^{h)}; item Silvius, Bonacina, Filiuccius, etc., apud Diana⁵; Sporer⁶. Idem tenent Croix, Mazzotta, Viva,

Roncaglia, Juenin⁷; Petrocorensis⁸ cum S. Antonino. Et idem expresse docet S. Thomasⁱ⁾. — Ratio habetur ex ipsa institutione sacramenti: ob quam creditur Christus Dominus imposuisse hanc obligationem sigilli non solum confessariis, sed omnibus aliis quibus immediate vel mediate pervenerit notitia peccatorum, occasione sive in ordine ad confessionem; alioquin non satis provisum esset reverentiae hujus sacramenti, nec satis odium confessionis amotum fuisset. Ex hoc autem principio communiter accepto, tenetur quidem ad sigillum doctor consultus ex licentia poenitentis; licet enim directe manifestetur ei notitia confessionis ad instructionem confessarii, indirecte tamen manifestatur etiam in ordine ad absolutionem impertiendam et ad sacramentum perficiendum. — Nec valet dicere cum Tamburinius et Roncaglia^{j)}, qui in hoc non bene sibi convenit, quod poenitens, concedendo veniam confessario loquendi cum alio de suo peccato, censemur illud extrahere a finibus sigilli. Nam respondeo cum Sporer et Croix, quod haec praesumptio est valde incerta; imo (ut addunt Sporer et Lugo) potius oppositum est firme praesumendum, nempe quod poenit-

¹ Disp. 23, n. 26. — ² Lib. 5, tr. 6, cap. 14, n. 18, i. f. — ³ Disp. 33, sect. 4, n. 6. — ⁴ Disp. 23, n. 25. — ⁵ *Navar.*, in can. *Sacerdos*, de poenit., dist. 6, n. 42 et 48; *Man.*, cap. 8, n. 7. — *Patud.*, in 4, dist. 21, qu. 3, art. 1, concl. 2 (n. 6). — *Petr. Sotus*, de Confess., lect. 11, v. *Primum*. — *Silvius*, in *Suppl.*, qu. 11, art. 3, n. 3. — *Bonac.*, qu. 6, sect. 5, punct. 3, n. 4. — *Fili.*, tr. 7, cap. 11, n. 323. v. *Tertio*. — ⁶ Part. 2, tr. 5, resol. 14. — ⁷ Part. 3, cap. 7, n. 554. — ⁸ Crotz, lib. 6, part. 2, n. 1957. — *Mazzot.*, tr. 6, disp. 2, qu. 5, cap. 2, v. *Quarto*. — *Viva*, de Poenit., qu. 10, art. 8, n. 5. — ⁹ *Roncagl.*, qu. 6, cap. 1, qu. 3 bis. — ¹⁰ *Institut.*, de Poenit., qu. 4, cap. 4, art. 2, § 5, v. *Quaeres* 1. — ¹¹ *De Poenit.*, cap. 4, qu. 6, num. 5. — ¹² *S. Anton.*, part. 3, tit. 17, cap. 22, § 1. — *Tambur.*, de Sigillo, cap. 4, n. 4. — *Sporer*, loc. cit., n. 855. — *Croix*, loc. cit., n. 1957. — *Sporer*, loc. cit. — *Lugo*, disp. 23, n. 29.

^{f)} Henriquez, lib. 6, cap. 20, n. 3, dicit eum teneri arctissimo secreto, « quod proprius accedit ad sigillum », quam secretum ceterorum, praeter ipsum confessarium.

^{g)} Sotus et Cajetanus a Lugo, *disp. 23, n. 20*, citantur pro interprete.

^{h)} Viguerius non videtur satis accurate citari a Lugo (ex Suarez tamem); loquens enim de eo qui, cum non sit sacerdos, confessionem alicuius in necessitate audit, scribit *cap. 16, § 4, ver. 20*: « Participat de debito sigilli confessionis, sic quod revelando mortaliter peccet, licet proprio loquendo sigillum confessionis non habeat ». Et *art. 2, ad 4*: « Ille ad quem notitia peccati devenit mediante sacerdote ex voluntate confitentis, participat in aliquo actum sacerdotis; et ideo simile est de eo et de interprete, nisi forte peccator velit quod ille absolute sciatur et libere ».

ⁱ⁾ Roncaglia, *loc. cit.*, *cap. 1, qu. 4* (recte 5), *resp. 1*, ita loquitur, quando licentia loquendi de auditis in confessione data fuit absolute; sed subdit: « Adverteo tamen est quod si poenitens concedat confessario loqui de suis peccatis, in ordine tamen ad confessionem, ut si concederet licentiam manife-

tens det licentiam cum omni limitatione qua potest.

Notandum hic vero 1^o. quod eo casu, non obstante sigillo, is doctor bene poterit plures loqui cum confessario, et etiam cum aliis ad consilium ex eadem licentia convocatis, de casu disceptato, si judicium a confessario nondum sit completum. Ratio, quia moraliter censetur licentia data esse a poenitente usquedum sacramentum perficiatur. — Notandum 2^o. quod, licet dicat Lugo¹, quod si doctor consulitur circa idem a duobus confessariis, quibus poenitens seorsim confessus est, ipse loqui non poterit cum uno de auditis ab alio; oppositum tamen puto verum. Quia, cum poenitens licentiam praebet secundo confessario, ut de suo peccato loquatur cum eodem consiliario, sicut certo creditur poenitens nolle aliud consilium nisi rectum; ita certo praesumitur velle quod ipse doctor libere loquatur de omnibus quae scit a primo confessario, et quae pertinent ad rectum consilium praestandum.

649. — Quaeritur 2^o. *An is a quo petit consilium poenitens in ordine ad suam confessionem faciendam, teneatur ad sigillum sacramentale?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Tamburinius², Sporer³, Antoine⁴, Concina⁵; et Croix⁶ cum Fagundez, Diana, Stoz et Gormaz⁷. — Ratio, quia, cum saepe opus sit poenitentibus ante confessionem consilium ab aliquo acci-

¹ Disp. 23, n. 30. — ² De Sigillo, cap. 4, n. 6 et 7. — ³ Part. 8, cap. 7, n. 856. — ⁴ Cap. 4, qu. 8, n. 5. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 1952. — ⁶ Fagund., de 2^o praec. Eccl., lib. 6, cap. 6, n. 5 et 28. — ⁷ Diana, part. 5, tr. 11, resol. 44. — ⁸ Stos, lib. 2, n. 218. — ⁹ Disp. 33, sect. 4, n. 6. — ¹⁰ Tr. 23, punct. 19, § 4, n. 8. — ¹¹ Lib. 6, cap. 21, n. 4. — ¹² Aversa, qu. 18, sect. 5, v. Tertio, ... Addunt. — ¹³ Ills., tr. 6, disp. 6, n. 263. — ¹⁴ Loc.

standi... viro prudenti ad accipendum consilium, isti, ex dictis supra, sigilli vinculo obstringerentur».

649. — a) Concina, lib. 2, diss. 3, cap. 12, n. 30, videtur de alio casu tractare: «Consiliarius, inquit, quibus ex necessitate manifestatur persona poenitens, ut instructio capiatur pro confessione», tenentur ad sacramentale sigillum.

b) Gormaz male citatur a Croix; tenet enim cum S. Alphonso sententiam negativam. Nam, *de Poenit.*, part. 2, n. 402, in confirmatione cuiusdam objectionis dixerat: «Quando confessarius consult alterum in ordine ad

pere, ut recte confiteantur: nisi alter obligaretur ad sigillum, confessio redderetur odiosa.

Secunda vero sententia probabilior negat; eamque tenent Suarez⁸, Palaus⁹, Henriquez¹⁰; item Aversa et Illsung, apud Croix¹¹. — Ratio, quia (ut communiter docent DD.) obligatio sigilli oritur ex sola confessione sacramentali, in qua poenitens actu manifestat peccata ad absoluti-
nem obtinendam. Ita ipse Pater Concina¹²; et Suarez, Coninck, Vasquez, Gabriel, Palaus, Henriquez et alii passim cum Salmant.¹³; cum D. Thoma¹⁴, ubi expresse id tradit, dicens: *Sigillum confessionis non se extendit nisi ad ea de quibus est sacramentalis confessio*. Quapropter, ob manifestationem peccati, quae fit a poenitente apud consiliarium, cum ipsa non fiat in actu confessionis, neque ad obtinendam ab ipso absolutionem, tenebitur quidem consiliarius ad secretum naturale; non vero ad sigillum sacramentale, ad quod probabilius est poenitentem nullum jus acquirere, nisi in actuali confessione apud eum a quo absolutionem expectat.

— Respondet autem ad rationem oppositam, quod revelatio consiliarii retraheret poenitentes ab accipiendo consilio, non vero a confessione facienda; unde ex manifestatione illa redderetur odiosa, non jam confessio, sed consultatio ad confessionem. At nemo tenetur ullo casu alteri quam confessario detegere peccata sua, ut integre confiteatur; et ideo qui ultro

cit. num. 1952. — ¹⁰ Lib. 2, diss. 3, cap. 12, num. 3. — ¹¹ Suar., disp. 33, sect. 2, num. 1 et 6. — ¹² Coninck, disp. 9, n. 4. — ¹³ Vasq., qu. 93, art. 4, dub. 2, n. 6 et seqq. — ¹⁴ Gabr. a S. Vinc., disp. 10, qu. 3. — ¹⁵ Palaus, tr. 23, punct. 19, § 2, n. 1. — ¹⁶ Henrig., lib. 6, cap. 21, n. 4. — ¹⁷ Tr. 6, cap. 14, n. 11. — ¹⁸ In 4, dist. 21, qu. 3, art. 1, quaest. 2, v. *Sed contra*.

absolutionem, consiliarius non tenetur sigillo; etenim si consuleretur a poenitente non obligaretur ad sigillum». Et n. 404, sic respondet: «Nego majorem, quia consiliarius in eo casu habet notitiam ex confessione jam ordinata ad absolutionem, et non ex confessione pure ordinata, qualem haberet si consuleretur a poenitente ut confessionem suam ordinaret; adeoque licet tunc non obligaretur, nunc autem sigillo obligatur. Sic quando poenitens pure consult confessarium ut suam ordinet confessionem, non exinde inducit obligationem sigilli».

Probabilius non tenetur.

vult peccatum aliquod consiliario patetacere, nequit ipsum obstringere ad sigillum sacramentale.

Sic pariter dicit Henriquez^{c)} apud Tamburinium¹ (qui probabile putat cum Suarez quem citat, sed non bene, ut mox dicemus), quod si poenitens, antequam confiteatur, suas culpas committit sacerdoti propter confessionem in posterum ei faciendam, neque tenebitur confessarius ad sigillum. — Sed huic non acquiesco; quia talis manifestatio est quaedam inchoata confessio, dum poenitens tunc praemittit manifestationem sui peccati, ut citius postea confessionem expediat. Nec aliter videtur sentire Pater Suarez: cum ibi non loquatur de manifestatione apud eumdem confessarium, sed tantum apud alterum facta.

650. — Quaeritur 3^o. *An teneatur ad sigillum qui legit chartam in qua poenitens scripsit confessionem?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Antoine^d, Sporer^e; Roncaglia^f cum Bassaeo et Antonio a Spiritu S.; item Malderus, Fagundez, Rodriguez et alii, apud Diana^g. — Ratio: tum quia scriptura illa proxime fuit ordinata ad confessionem, et ideo habetur tamquam inchoata confessio, vel tamquam gerens

¹ De Sigillo, cap. 4, n. 5 et 7. — ² Suar., disp. 33, sect. 4, n. 6. — ³ Cap. 4, qu. 8, n. 8. — ⁴ Part. 3, cap. 7, n. 857. — ⁵ Cap. 1, qu. 3 (recte 4), v. f. - Bass., v. *Confessio sacramentalis VII*, n. 10, v. *Sexto*. — ⁶ Anton. a Spir. S., Director confessar., tr. 5, disp. 19, n. 1514. — ⁷ Malder., de Sigillo, cap. 18, v. *Quaeres an sit... Fagund.*, de 2^o praec. Ecd., lib. 6, cap. 5, n. 16. — ⁸ Rodriguez, Sum., part. 2, cap. 55, n. 4. — ⁹ Part. 8, tr. 4, resol. 112; part. 5, tr. 11, resol. 27. —

vicem confessionis peractae; tum quia manifestatio talis scripturae, quae saepius fieri solet, maxime in confessionibus generalibus aut prolixis, odiosam confessio- nem redderet.

Secunda tamen sententia, communisima et probabilior, negat. Et hanc tenent Suarez^h, Laymannⁱ, Wigandt^j, Palaus^k, Elbel^l (qui vocat probabilissimam), Viva^m, Holzmannⁿ; Lugo^o cum Henriquez et Megalio; Salmant.¹⁴ cum Granado et Coninck^a; ac Bonacina¹⁵ cum Navarro^b, Soto^b, Sayro^b, Nuñez^b, etc. — Ratio, quia (ut mox supra diximus) obligatio sigilli sacramentalis non provenit nisi ex actuali confessione; at scriptura illa non est confessio, sed tantum praeparatio ad confessionem. Unde poenitens acquirit jus sigilli tantum apud confessarium cui chartam praebet ad absolutionem obtinendam; non vero apud alios qui illam extra actum confessionis legere queunt.

— Nec obstat dicere quod aliquibus posset alioquin redi odiosa confessio, cum plures soleant scribere confessionem ut exactius confiteantur. Nam respondetur eodem modo quo supra (in Quaestione praecedenti), nempe quod scriptura minime requiritur ad confessionem, sed tan- tum ad juvandam memoriam; unde ma-

¹⁰ Qu. 6, sect. 4, n. 19. — ¹¹ Lib. 5, tr. 6, cap. 14, n. 19. — ¹² Tr. 18, num. 119, v. *Dixi*. — ¹³ Tr. 23, punct. 19, § 4, n. 11. — ¹⁴ De Poenit., confer. 20, de iis qui tenentur ad Sigill., n. 503. — ¹⁵ De Poenit., qu. 10, art. 3, n. 3. — ¹⁶ De Poenit., n. 714. — ¹⁷ Disp. 23, n. 47. — ¹⁸ Henrig., lib. 6, cap. 20, n. 2, lit. l et m. — ¹⁹ Megal., part. 1, lib. 1, cap. 16, n. 7. — ²⁰ Tr. 6, cap. 14, n. 63. — ²¹ Gran., de Poenit., tr. 11, disp. 4, n. 1. — ²² Qu. 6, sect. 5, punct. 3, n. 7.

c) Quidquid dicat Tamburinius, Henriquez hoc non habet, sed solum quod superius relatum est, scilicet: «Non pertinet ad sigillum, si quis peccata dicat, non ut se accuset, sed ut remedium consiliumque accipiat». Ita Henriquez, lib. 6, cap. 21, n. 4; quin etiam in comment., lit. s, referit Medinam (quem non reprobavit) dicentem quod si id consilium petat reus emendatus, ut sciat quomodo se praeparare debeat ad dignam confessionem, non teneatur manifestare praelato, etiam sub excommunicatione jubenti: quia est via, quamvis remotior, ad confessionem.

650. — a) Coninck, disp. 9, dub. 3, n. 50, de hoc casu idem dicendum esse ait quod notavi ad n. 648, nota b).

b) Navarrus, Man., cap. 18, n. 34, sane dicit peccare eum qui divulga peccata quae

Probabilius non tenetur.

invenit in charta scripta ad confessionis memoriam; Sotus vero, in 4, dist. 18, qu. 4, art. 5, v. *Quid autem*, negat praelatum posse ad inquisitionem procedere ex hac notitia: «Est enim (addit) confessio tam sacra, ut id etiam quod ad eam ordinatur, sit perpetuo silentio sepeliendum». — Sayrus autem perspicue significat non esse contra sigillum, dum in Sum. sacram. Poenit., cap. 26, n. 11, v. *Infertur* 2^o, scribit: «Eum in hanc legem [naturalem] peccare qui legeret schedulam alterius peccata continentem, cujus initium id significaret, quia forte sic incipit: Memoriale peccatorum meorum, quo illa facilius olim, cum opus fuerit, recorder. Ex tali enim principio scit aut scire debet eum qui illa scripsit, haec nemini palam fieri voluisse». — Nuñez denique, in Suppl., qu. 11, art. 1, v. *Ad 16*

nifestatio legentis non redderet quidem odiosam confessionem, sed tantum scriptio[n]em peccatorum, ad quam nullus obligatur.

Excipiunt tamen Lugo, Viva, Sporer^{c)}, Holzmann^{d)} et Elbel^{e)}: 1º. Si mutus confiteatur per scripturam confessario praesenti, et casualiter alius eam legit; quia tunc legens revera haurit notitiam peccatorum ex actuali illius confessione. — 2º. Si quis per epistolam peteret a superiori licentiam pro casu reservato (juxta dicta n. 647, ad 9º, in fine). — Praeterea, excipiunt etiam recte Wigandt¹, Viva^{e)} et Lugo, si legeris chartam relictam in confessionali post confessionem peractam, vel porrectam sacerdoti pro confessione facienda; quia porrectio illa est quaedam inchoata confessio.

Caeterum, praecisis his casibus, dicunt Laymann, Palaus et Sporer quod legentes (tanto magis revelantes) hujusmodi scripturam graviter peccarent: nisi certo scirent ibi minimas culpas et quotidianas contineri. (Vide dicta supra, Lib. V, n. 70). — Addunt vero Laymann et Sporer quod eo casu^{f)}, quem dicunt vix accidere posse aliquando in magna necessitate, puta ad salvandam rem publicam aut vitam innocentis, posset liceat secretum revelari.

651. — « Unde resolves:

« 1º. Extra confessionem, cum licentia poenitentis, potest agi de auditis in con-

Lugo, disp. 23, n. 48 et 49. — *Viva*, de Poenit., qu. 10, art. 3, n. 3. — *Tr. 13*, n. 119, v. *Resp. 2*. — *Lugo*, disp. 23, n. 48. — *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 14, n. 19. — *Palaus*, tr. 23, punct. 19, § 4, n. 11. — *Spor.*, part. 3, cap. 7, n. 558. — *Laym.*, loc. cit., n. 19. — *Spor.*, loc. cit. — *S. Thom.*, Suppl., qu. 11, art. 4. — *Smar.*, disp. 33, sect. 5, n. 6 et 7. — *Praepos.*, qu. 11, dub. 6, n. 43 et 46. — *Tann.*, tom. 4, disp. 6, qu. 9, n. 125 et 126. — *Scotus*, in 4, dist. 21, qu. 2, § Ad argumenta, ad 1. — *Durand.*, in 4, dist. 21, qu. 4, n. 9, v. Quantum ad 3. — *Major*, in 4, dist. 21, qu. 3,

dicendum, negat judicem posse manifestare illud peccatum, nec posse illud punire, nisi aliunde idem sufficienter cognoscatur.

c) Sporer haec sane dicit loc. cit., n. 860; sed tenet priorem sententiam.

d) Holzmann, loc. cit., n. 714, de muto in specie non loquitur; sed in universum tractat de charta « tradita, v. g. confessario ». — Item Elbel, loc. cit., num. 503, qui praeterea silentio hic praetermittit secundam exceptionem.

e) Viva, loc. cit., n. 3, hoc innuit de charta

« fessione, sive cum ipsomet, sive cum quocumque alio: etsi periculoso sit. — S. Thomas, Suarez, Praepositus, Tanner, etc. ».

Et ita verius tenendum (contra Scotum, Durandum, Majorem, Gabrielem^{a)}, Angelum, etc., apud Lugo^{b)} cum D. Thoma^{c)}, ubi ait: *Potest... confitens facere, ut sacerdos illud quod sciebat... ut Deus, sciat etiam ut homo: quod facit dum licentiat eum ad dicendum; et ideo si dicat, non frangit sigillum.* Et ita etiam Laymann^{d)}, Navarrus^{e)}, Roncaglia^{f)}, Lugo^{g)}, Concina^{h)}, Wigandtⁱ⁾ et alii communiter. — Ratio, quia sigillum confessionis est institutum tantum in favorem poenitentium.

« Circa quam licentiam requiritur:
« 1º. Ut sit *formalis et expressa*; nam
« *praesumpta*, tacita, interpretativa, vir-
« tualis (etiam in bonum ipsiusmet poeni-
« tentis) non sufficit. — Fagundez^{j)}, Tan-
« ner, Malderus et caeteri DD. commu-
« niter.

« 2º. Ut sit *libera ac spontanea*; non
« vi, injuria, dolo, vel per preces impor-
« tunas extorta, vel etiam per metum
« reverentialem ipsius confessarii obtenta.
« Henriquez, Fagundez^{k)}, Diana^{l)}. — [Dicit Croix^{m)} quod si poenitentia non ultra,
sed tantum ad petitionem confessarii det
licentiam loquendi, communiter licentia
censenda sit data ex metu reverentiali.
Hoc tamen intelligendum est quando li-

v. Tertio arg. — *Angel.*, v. *Confessio ultimo*, num. 5. — ^{a)} Disp. 23, n. 132. — ^{b)} Loc. cit. — ^{c)} Lib. 5, tr. 6, cap. 14, num. 14. — ^{d)} *Man.*, cap. 8, num. 15. v. *Decimo octavo*. — ^{e)} Cap. 1, qu. 5, resp. 1. — ^{f)} Disp. 23, n. 133. — ^{g)} Lib. 2, diss. 3, cap. 12, n. 8 et 14. — ^{h)} Tr. 13, n. 115. — ⁱ⁾ De 2º praec. Eccl., lib. 6, cap. 1, n. 14. — *Tann.*, loc. cit., num. 126. — *Malder.*, de Sigillo, cap. 4, v. *Unde patet*. — *Henrig.*, lib. 6, cap. 23, n. 1. — ^{j)} Loc. cit., cap. 1, n. 20, et 21. — ^{k)} Part. 5, tr. 11, resol. 10. — ^{l)} Lib. 6, part. 2,

jam porrecta confessario: loquitur enim de eo qui « per scripturam praesenti sacerdoti con-
fiteretur ».

f) Eo casu, scilicet praecisis exceptionibus relatis. — Laymann vero et Sporer non dicunt casum hunc vix accidere posse; unde S. Alphonsus, in *Hom. Apost.*, tr. 16, n. 151, i. f., id omisit.

651. — a) Gabriel Biel, in 4, dist. 21, qu. un., art. 3, dub. 4, ita sane docet ut securius; probabile tamen agnoscit quod poenitens possit dare illam licentiam.

Extra con-
fessionem,
ex licentia
poenitentis,
loqui de au-
ditis in con-
fessione, li-
citem.

Conditiones
requisitaes
ad licentiam.

centia non sit spontanea, sed replicatis petitionibus extorta, seu ex solo metu reverentiali concessa. Caeterum hujusmodi licentiae peti non debent^{b)} nisi ex rationabili causa, ut bene ait Elbel^{c)}: qui etiam recte addit quod melius est inducere poenitentem ut det licentiam extra confessionem].

« 3º. *Non revocata*; nam poenitentem « pro libitu, etiam sine causa, eam revo-
« care semper posse, docent Fagundez^{d)}
« et Diana^{e)}. — [Ita etiam Sporer^{f)} et Roncaglia^{g)}.

« 4º. *Non opus esse ut habeatur in
« scripto*. Suarez^{h)}, Fagundezⁱ⁾. — Imo, si
« dubium sit an confessio cum licentia
« locutus fuerit, sacerdoti potius quam poe-
« nitenti credendum, ex Graffio^{j)} et Hen-
« riquez affirmat Diana^{k)}; vel etiam quam
« haeredibus, v. gr. si ex licentia defun-
« cti revelet restitutionem ab iis facien-
« dam. Tanner^{l)} et Malderus^{m)}. Qui tamen
« monet eo casu non esse dicendum eam
« deberi ex delicto, sed solum quod tali-
« bus tantum dari voluerit, satiusque sua-
« deri moribundis, ut talia secreto co-
« dicillo haeredibus injungant. — Vide
« Dianaⁿ⁾.

« 5º. Perinde esse, sive ea licentia de-
« tur *verbo*, sive *facto*, quod quidem ae-

« quivaleat expressae concessionis, v. gr.
« si poenitentis extra confessionem incipiat
« loqui cum confessario de dictis in con-
« fessione: tunc enim posse hunc prosegui
« docent Aversa^{o)}, Tamburinius^{p)} ex Bo-
« nacina ».

Ita communiter Lugo^{q)}, Palaus^{r)}, Con-
cina^{s)}, Holzmann^{t)}, Antoine^{u)}, Sporer^{v)},
Salmant.^{w)} cum Suarez, Laymann et Bo-
nacina; et Roncaglia^{x)}. — Bene tamen ad-
vertit Lugo^{y)} quod eo casu adhuc per-
severat sigillum respectu ad alios; quia,
licet poenitentis extra confessionem loqua-
tur, censetur tamen non praebere confes-
sario aliam licentiam quam dependentem
a confessione peracta.

652. — « IIº. Frangitur sigillum, si cum
« poenitente extra confessionem, sine ejus
« venia, agas de auditis in confessione,
« aut ea te scire ostendas ». [Communiter
tamen dicunt doctores, licitum esse con-
fessario loqui de auditis in confessione
cum poenitentia statim post absolutionem
antequam ille discedat; quia, licet sacra-
mentum sit completum, tamen iudicium
adhuc moraliter perseverat. — Ita, contra
Diana^{z)} cum Fagundez^{a)}, recte tenent
Lugo^{b)}, Navarrus^{c)}, Concina^{d)}, Filliucci-
cius^{e)}, Antoine^{f)}, Escobar^{g)}, Salmant.^{h)}
cum Granado et Aversa; Renziⁱ⁾ cum

Extra con-
fessionem
de confessis
loqui cum
ipso poen-
tente, sine
licentia, fra-
ctio sigilli.

Nisi fiat
statim post
absolutio-
nem.

¹ De Poenit., confer. 19, de Sigill. confess., n. 482. — ² De 2º praec. Eccl., lib. 6, cap. 1, n. 18. — ³ Part. 5, tr. 11, resol. 10. — ⁴ Part. 3, cap. 7, n. 820. — ⁵ Qu. 6, cap. 1, qu. 6. — ⁶ Disp. 33, sect. 5, i. f. — ⁷ Loc. cit., n. 23. — ⁸ Henrig., lib. 6, cap. 19, n. 10, i. f. — ⁹ Loc. cit., resol. 41. — ¹⁰ Loc. cit., resol. 32. — ¹¹ Qu. 18, sect. 7, init. — ¹² De Sigillo, cap. 2, n. 2. — ¹³ Bonac., qu. 6, sect. 5, punct. 4, n. 11. — ¹⁴ Lib. 2, diss. 3, cap. 12, num. 14. — ¹⁵ Cap. 4, qu. 4, v. Hanc. — ¹⁶ Lib. 16, num. 741. — ¹⁷ Tract. 6, cap. 14, num. 48. — ¹⁸ Gran., de Poenit., tr. 11, disp. 5, num. 1, Aversa, qu. 18, sect. 6, v. Dicimus extra. — ¹⁹ Cap. 5, sect. 1, qu. 4.

b) Elbel haec dicit non de petitione, sed de usu talis licentiae.

c) Jacobus de Graffis male citatur a Diana; nam, *Decis. aur.*, part. 1, lib. 1, cap. 23, n. 16, dicit quidem praesumendum esse id fieri ex licentia peccatoris, sed casu quo tertius accusaret confessarium; at n. 17, subdit: « Si autem ipse esset peccator qui accusaret sacerdotem de revelatione suae confessionis, tunc forte secus esset ».

d) Tanner, tom. 4, disp. 6, qu. 9, n. 124; Malderus, cap. 4, v. *Ceterum non defuerunt*, male citantur a Busenbaum pro ea parte qua dicit magis credendum esse sacerdoti quam haeredibus; id enim non habent. Quod autem Busenbaum refert monitum a Maldero, hic auctor revera habet loc. cit.

e) Haec ex Lugo plane colliguntur; nam disp. 23, n. 131, scribit: « Censetur... licentiam dare poenitentis, quando ipse interrogat vel loquitur cum confessario de aliquo quod dixit in confessione ». Et n. 133, dicit licentiam dari posse eo modo, « ut, manente sigillo confessionis, possit confessarius ad talem vel talem effectum ut illa notitia, vel illam alteri communicare sub eodem sigillo ».

f) Tanner, tom. 4, disp. 6, qu. 9, n. 124; Malderus, cap. 4, v. *Ceterum non defuerunt*, male citantur a Busenbaum pro ea parte qua dicit magis credendum esse sacerdoti quam haeredibus; id enim non habent. Quod autem Busenbaum refert monitum a Maldero, hic auctor revera habet loc. cit.

Pellizzario et Verricelli; ac Croix¹ cum Praeposito, Henriquez, Tamburinio, Dicastillo et Stoz]. « Quod verum putat San- « chez (contra Suarez et Laymann), etiam si « cum eo tractare velles de essentiali er- « rore in ea commisso: quem illi signifi- « care, sine ejus venia, non licere docent « Reginaldus, Fagundez, Bonacina et alii; « contra Filliuccium, Turrianum, etc. apud « Diana². [Vide dicta n. 622].

Intra confessionem loqui de au- ditiis in praecedentia.

« Dixi: *extra*; quia intra confessionem potest fieri mentio praecedentium, ut patet ex praxi confessariorum, qui ob recidivam arguunt, et absolutionem alii quando negant. Ita Henriquez, Praepositus, Granado, Malderus, etc., apud Diana³. — Ubi ipse cum Fagundez negat id licere sine expressa licentia poenitentis, nisi de iis quae is iterum confitetur vel saltem tangit. Vide Diana⁴.

653. — Quaeritur igitur: *an intra confessionem possit confessarius loqui cum poenitente de culpis in alia confessione auditis, sine ipsius licentia?*

Negat Diana cum Fagundez, ut supra. — Sed affirmat sententia communissima et verior: quam tenent Lugo⁵, Tamburinius⁶, Wigandt⁷, Concina⁸, Roncaglia⁹, Antoine¹⁰, Sporer¹¹; Renzi¹² cum Aversa, Dicastillo et Maldero; eamque vocat certam Illsung apud Croix¹³. Ratio, quia saepe pertinet ad munera judicis et medici (quae habet confessarius) recolere peccata prioris confessionis ad melius poenitentem corripiendum vel diligendum; ideo improbabile est quod poenitens habeat jus sigilli in actu confessionis: cum potius verum sit quod con-

Pelliz., de Monialib., cap. 10, n. 216 et 283, v. *Addit.* — *Verric.*, Quaest. mor., tr. 5, qu. 6, num. 275. — ¹ Lib. 6, part. 2, n. 1980. — *Praepos.*, qu. 11, dub. 5, n. 41. — *Henrig.*, lib. 6, cap. 21, n. 2. — *Tambur.*, de Sigillo, cap. 5, n. 3. — *Dicast.*, disp. 12, dub. 6, n. 95. — *Stoz.*, lib. 2, n. 194. — *Sanch.*, de Matr., lib. 3, disp. 16, num. 3 et 4. — *Suar.*, disp. 33, sect. 5, n. 3. — *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 14, n. 15. — *Regin.*, lib. 8, n. 30. — *Fagund.*, de 2^o praecc. Eccl., lib. 6, cap. 4, n. 32 et 34. — *Bonac.*, qu. 6, sect. 5, punct. 4, n. 8, v. *Ego vero*. — *Fill.*, tr. 7, cap. 11, n. 324. — *Turr.*, de Poenit., disp. 33, dub. 6, v. *Deinde*. — ² Part. 3, tract. 4, resol. 87. — *Henrig.*, lib. 6, cap. 20, num. 7. — *Praepos.*, qu. 11, dub. 5, n. 41. — *Gran.*, de Poenit., tr. 11, disp. 5, num. 1. — *Malder.*, de Sigillo, cap. 22. — ³ Part. 5, tr. 11, resol. 20. — *Fagund.*, loc. cit., n. 36. — ⁴ Part. 5, tr. 11,

fessarius habeat jus exquirendi omnia, quorum notitia ad meliorem directionem coadjuvare valeat. Unde bene poterit confessarius loqui cum poenitente de omnibus peccatis in praeterito ab eo confessis, semper ac putat hoc fore utile poenitenti, qui censemur in confessione dare ei licentiam, ut utatur quacumque notitia necessaria ad sui meliorem directionem.

654. — « III^o. Frangit sigillum qui dicit se in tali monasterio audivisse grave peccatum, tametsi non nominet personam. Diana¹⁴ et alii tres¹⁵ cum Maldero¹⁶. Additque graviter peccare eum qui dicit, in hoc vel isto ordine religioso hoc vel istud peccatum fuisse admissum, quod ex sola confessione novit. — Imo, nec de civitate vel certo loco quo quis confessiones audivit, licere dicere quod gravia fiant, vel talia et talia peccata committi soleant (nisi id aliunde constet), docent Hurtadus, Kellison et Malderus, apud Diana¹⁷. Quia potest redundare in gravamen et infamiam ipsius communitatis, et forte etiam civium in particulari, quando civitas non est ampla, et poenitentes suspecti; atque adeo confessio fieret illis odiosa. — Vide Diana¹⁸, ubi cum Maldero docet confessarium, qui paucos habet poenitentes sibi subditos (v. gr. moniales unius monasterii), scandalum dare, si coram illis concionetur de vitiis auditis in confessione; quia confessae facili suffunduntur pudore. [Hoc tamen intelligendum si confessarius loquatur de aliqua culpa particulari cuiusdam monialis vel illius

resol. 18 et 20; part. 2, tr. 15, résol. 12. — *Diana*, part. 5, tr. 11, résol. 20. — *Fagund.*, de 2^o praecc. Eccl., lib. 6, cap. 4, n. 36. — ⁵ Disp. 23, n. 127. — ⁶ De Sigillo, cap. 5, n. 4. — ⁷ Tr. 13, n. 120, resp. 4. — ⁸ Lib. 2, diss. 3, cap. 12, n. 14. — ⁹ Cap. 2, qu. 8, resp. 1. — ¹⁰ Cap. 4, qu. 4, v. *Hanc.* — ¹¹ Part. 3, cap. 7, num. 823. — ¹² Cap. 5, sect. 1, qu. 5. — *Aversa*, qu. 18, sect. 6, v. *Dicimus*. — *Dicast.*, disp. 12, dub. 6, n. 91. — *Malder.*, de Sigillo, cap. 22 (duo ultimi auctores a Renzi non citantur). — *Ils.*, tr. 6, disp. 6, n. 251. — ¹³ Lib. 6, part. 2, n. 1981. — ¹⁴ Part. 5, tr. 11, resol. 85. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 12, diff. 4. — *Kellis.*, in Suppl., qu. 11, art. 1, dub. 5, v. *Sequitur 4^o*. — *Malder.*, de Sigillo, cap. 12, v. *Decimo tertio*. — ¹⁵ Loc. cit. — ¹⁶ Loc. cit., resol. 36. — *Malder.*, loc. cit., cap. 14, v. *Quaeritur denique*.

Malderus, de Sigillo, cap. 12, nec tres alii pro illa citantur a Diana.

monasterii; secus, si loquatur de defectibus qui communiter in omnibus monasteriis solent vel possunt perpetrari].

Dubitatur hic 1^o. *An confessarius violet sigillum, si asserit in aliquo loco gravia crimina perpetrari, quae ipse audierit in confessione?*

Prima sententia negat. Et hanc tenent Navarrus¹; Renzi² cum Fagundez, Valvaldo et Onuphrio; item Henriquez, Granado³, Lopez, etc., apud Escobar⁴: qui⁴ consentit, si nullo modo in cognitionem personae deveniri possit. — Quia alias (ut dicunt) ex tali revelatione nulla fit injuria poenitenti.

Secunda tamen sententia, communissima et longe probabilius, quam tenent

¹ Man., cap. 8, n. 16. — ² Cap. 5, sect. 3, qu. 11. — *Fagund.*, de 2^o praecc. Eccl., lib. 6, cap. 4, n. 2. — *Valvald.*, Candelar., de Sigillo, n. 27 (edit. Venet. 1606), *vel* n. 26 (Brixien, 1590). — *Onuphr.*, de Sigillo, sect. 4, qu. 4, v. *Sequitur ultimo*. — *Henrig.*, lib. 6, cap. 21, n. 6. — *Ludov.*, num. 13.

³ Secus, si sit amplum, et crimina publica.

⁴ Longe probabile violat, si oppidum sit parvum.

Lugo, Instruct. consc., part. 1, cap. 37, v. *Male facit*. — ⁵ Lib. 16, n. 749. — ⁶ Loc. cit., n. 750. — ⁷ Qu. 6, sect. 5, punct. 4, n. 3. — ⁸ Lib. 2, diss. 3, cap. 12, n. 13. — ⁹ De Sigillo, cap. 3, n. 2. — ¹⁰ Disp. 23, n. 64. — ¹¹ Loc. cit., num. 13.

¹² *Granado*, de Poenit., tr. 11, disp. 3, n. 1, negat esse contra sigillum « declarari civitatem, imo nec communitatem, in qua tale peccatum in confessione auditum est, dummodo propterea veniri nequeat in notitiam personae in particulari, nec tali communitatii inferatur propterea nocumentum vel infamia aliquujus momenti; nam si inferretur, probabilius est esse contra sigillum».

¹³ *Suarez*, disp. 33, sect. 3, n. 8, cavendum esse ait « ne offendatur communitas ad quam talis persona pertinet, ut si dicatur religiosum hoc fecisse, et praesertim nominando religionem in particulari», quod ait esse contra sigillum.

¹⁴ *Filliuccius*, tr. 7, cap. 11, n. 322: « Exponeret se periculo fractionis..., si, auditio religioso qui confessus est gravia crimina, nominaret religionem ad quam pertinet, vel monasterium talis civitatis». — *Holzmann*, n. 711, Palaus, tr. 23, punct. 19, § 3, n. 11, gravissimum periculum fractionis esse ajunt, si id dicatur de aliquo oppido aut pago non adeo amplio. Et Palaus addit idem potiori ratione dicendum esse de aliqua exigua communitate aliquo religiosa, collegio scilicet vel conventu: « in his enim credit Aegidius de Coninck sigillum violari. Expedit ergo ab his omnibus abstinere ». — *Laymann* autem, cap. 14, n. 10; et Sporer, part. 3, cap. 7, n. 827, gravissimum item periculum esse peccata gravia, quin nominetur in specie. Ut autem nominetur aliquod peccatum afferens infamiam (quod tamen esset etiam publicum), meo iudicio requiritur, ut oppidum sit valde populo frequens, v. g. sex aut septem millibus incolarum ».

¹⁵ *Lugo*, loc. cit., id non habet expresse;

Quid de
concionato-
ribus.

tra Vasquez^z, qui nimis rigide id reprobatur. Hocque permittit Petrocorensis¹ etiam concionatoribus, modo non dicant audisse in confessionibus. Idem sentit Habert², dicens licet esse confessarii in concionibus generatim invenire in vita quae occulte grassantur. Idque expresse permittitur in cap. *Si sacerdos 2, de offic. jud. ord.*, ubi dicitur: *Si sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum alicujus criminis, vel si confessus fuerit..., non debet eum arguere nominatum, sed indeterminate.* Id est in genere, ut explicat Panormitanus³.

Dubitatur 2^o. *An frangat sigillum confessarius qui dicit religiosum ex tali conventu sibi confessum esse grave peccatum?*

Negat Escobar⁴ cum Henriquez⁵, Nuñez⁶, Fagundez et Candido⁷; modo non ingerat notitiam personae particularis. — Verius tamen affirman Busenbaum et Suarez⁸, Concina⁹, Bonacina¹⁰, Diana¹¹; Palaus¹² cum Navarro¹³, Laymann¹⁴ et Henriquez¹⁵; item S. Antoninus¹⁶, Villalobos¹⁷ et Granado¹⁸, apud Escobar¹⁹. Ratio, quia tunc singuli illius conventus detrimentum patiuntur. — Et sic pariter confessarius violabit sigillum, si dicat in conventu illo talia peccata committi.

¹ De Poenit., cap. 4, qu. 4. — ² De Poenit., cap. 9, § 7, qu. 14, resp. 3. — ³ In cap. *Si sacerdos*, num. 3. — ⁴ Lib. 16, n. 752 et 753. — ⁵ Fagund., lib. 6, cap. 4, n. 2. — ⁶ Cap. 12, n. 13. — ⁷ Part. 5, tr. 11, resol. 35. — ⁸ Lib. 16, n. 751. — ⁹ Concina, lib. 2, diss. 3, cap. 12, n. 13. — ¹⁰ Vasq.,

Non vero (ut rationabiliter ait Pater Concinna, contra Diana^o apud Busenbaum, ut supra), si tantum diceret se audisse peccatum religiosi cuiusdam ordinis. Quia haec neque est revelatio sigilli, neque redundat in gravamen poenitentis, cum in quolibet ordine aliqui mali sint; unde neque oritur scandalum neque infamatur religio: nisi (recte limitat) religio illa es- set arctioris observantiae.

655. — « IV^o. Notitia in sola confessione accepta nullo casu uti licet, si pericu- lum sit revelationis, saltem indirectae.

« Verum si nullum sit periculum ut vel poenitens vel usus scientiae innotescat, — etsi probabile sit licere uti ad alterius gubernationem (v. gr. negando suffragium ei quem ex sola confessione scit indignum esse; vel claudendo ostium per quod quis noctu ingreditur ad pecuniam; item, cognita proditione futura, monendo de diligenti custodia; impediendo clam matrimonium, quando scitur impedimentum) ut docent Vasquez, Henriquez, Navarrus, etc.: — contrarium tamen verius videtur, quod docent Fumus, Armilla, v. Confessor, n. 7. — Sanchez, de Matr., lib. 3, disp. 16, n. 3 et 4. — ⁸ Part. 3, tr. 4, resol. 76; et part. 5, tr. 11, resol. 3.

qu. 98, art. 4, dub. 8, n. 7. — ¹¹ Henrig., lib. 6, cap. 23, n. 4 et seqq. — ¹² Navarr., in can. *Sacerdos*, num. 74 et 146. — ¹³ Fumus, Armilla, v. Confessor, n. 7. — ¹⁴ Sanchez, de Matr., lib. 3, disp. 16, n. 3 et 4. — ¹⁵ Part. 3, tr. 4, resol. 76; et part. 5, tr. 11, resol. 3.

Tamburinius vero concordat, sed non requirit ut crimina sint publica.

j) Henriquez, lib. 6, cap. 21, n. 6, negat esse contra sigillum, si de certa religione in generali dicatur.

k) Nuñez et Candidus male citantur ab Escobar; Nuñez enim, *Suppl.*, qu. 11, art. 1, ad 13, de eo loquitur qui religionem nominaret, et ait probabilem esse sententiam quam affirmat id esse fractionem sigilli. — Candidus, *disquis.* 24, art. 50, dub. 9, afferit sententiam Nuñez, quam videtur approbare, tanto magis quod dub. 8, tractans de confessario, qui diceret in aliquo monasterio, in quo audivit confessiones, gravia scelera committi, dicit: « Videtur frangere sigillum confessionis ».

l) Bonacina, loc. cit., n. 3, ait confessarium frangere sigillum: « Si loquatur de aliquo loco non valde amplio, aut si de aliquo monasterio dicat gravia scelera in eo committi ».

m) Navarrus, *Man.*, cap. 8, n. 16; et in can. *Sacerdos*, n. 54, contrarium potius si-

gnificat. — Et expresse S. Antoninus, part. 3, tit. 17, cap. 22, § 3, contrarium tenet, « nisi ex hujusmodi locutione posset peccatum alicujus apprehendi ».

n) Villalobos, part. 1, tr. 9, diff. 73, n. 5, loquitur de eo qui diceret se audivisse hoc vel illud peccatum alicujus religiosi, nominando religionem in specie.

o) Diana, part. 5, tr. 11, resol. 35, adducit Malderum affirmantem id esse peccatum grave, licet non puniendum poenis latissima contra violatores sigilli.

655. — *a)* Coninck, disp. 9, dub. 4, n. 64 et seqq., ita sane tenet saltem in praxi; sed n. 68, excipit actiones quae consistunt « in objectione alicujus impedimenti, quo quis sine alio suo incommodo impeditur ab aliquo peccato committendo », de quibus dicit: « Quando eae possunt fieri sine ullo periculo revelationis sigilli, aut alio poenitentis gravamine, licite fiunt ex scientia ex confessione sumpta ». — Laymann vero, cap. 14, n. 22 et 23, con-

Secus, si
gravia re-
velet ali-
cujus reli-
gionis.

Limitatio.

Quid de
usu notitiae
acceptae in
confessione:

Ad alte-
rius gubernationem.

Quid de
confessario
actionem
ponente ex
notitia con-
fessionis.

« Et quidem superioribus religionum talis gubernandi modus prohibitus est anno 1594; cum in Societate Jesu jam ante idem statutum esset, prohibitumque contrarium doceatur. — Vide Diana¹.

« Contra vero, ad sui ipsius gubernationem, licere tali casu ea scientia uti, videri probabilius (v. gr. abstinendo a calice, in quo scitur esse venenum; deflectendo a silva, in qua paratam sibi mortem sciat ex unius latronis confessione) docet Silvester, Henriquez, Coninck, Laymann²; contra Suarez, Diana³. — Excipit card. de Lugo, nisi actio vel omissio confessarii inducat notitiam peccati vel damnum afferat confitenti; contra Coninck⁴, etc., qui putat licere, etsi inde mors poenitenti immineret a sociis inferenda⁵.

« V^o. Denique facere aliquid, ex quo soli poenitenti innotescere possit id fieri ex notitia confessionis, esse contra sigillum negant⁶ D. Thomas, S. Bonaventura, Sotus, Vasquez, etc. — Affirmant Silvester, Valentia, Coninck, Diana⁷. — Idque confirmant Fagundez, Granado, card. de Lugo et Aversa⁸, si tale sit quod poenitent ruborem vel molestiam afferat, v. gr. si vultum ei austriorem ostenderet, vel eum declinaret. Secus, si ei sit gratum, vel saltem confes-

¹ Part. 4, tr. 4, resol. 202. — ² Silvest., v. *Confessio III*, qu. 19. — ³ Henrig., lib. 6, cap. 24, n. 4 et 5. — ⁴ Coninck, disp. 9, dub. 4, n. 54 et 55. — ⁵ Lib. 5, tr. 6, cap. 14, num. 21. — ⁶ Suar., disp. 83, sect. 7, num. 6 et 7. — ⁷ Lugo, disp. 28, n. 108. — ⁸ Disp. 9, dub. 4, n. 56. — ⁹ Vide Lugo, disp. 28, n. 108. — ¹⁰ D. Thom., in 4, dist. 9, art. 5, solut. 1. — ¹¹ S. Bonav., in 4, dist. 9, art. 2, qu. 4, resp. ad obj. — ¹² Sotus, in 4, dist. 12, qu. 1, art. 6, v. *Si autem ille occulitus*. — ¹³ Vasq., in 3 P., disp. 209, cap. 5, num. 55. — ¹⁴ Silvest., v. *Eucharistia III*, qu. 5. — ¹⁵ Valent., in 3^o Part., disp. 6, qu. 8, punct. 3, v. *Ego vero etsi*. — ¹⁶ Coninck, in 3 P., qu. 80, art. 6, n. 37 et seq. — ¹⁷ Part. 3, tr. 4, resol. 46. —

« sionem odiosam aut difficilorem non reddit; v. gr. si audisset eum ad intendationem aut odium provocatum, vel in tentationem incidisse ex certo facto vel dicto ipsius confessarii, inde que ipse a talibus factis vel dictis abstineat, etc. ».

656. — Omnia haec diligentius sunt discutienda.

Dubitatur 1^o. *An superior, ob peccatum auditum in confessione, possit amovere subditum ab officio?*

Affirmat Sambovius¹. — Idque prius docuit D. Thomas², modo absit revelatione peccati, sic dicens: *Si ergo amatio subditum ab administratione possit inducere ad manifestandum peccatum in confessione auditum, vel ad aliquam probabilem suspicionem habendam de ipso, nullo modo praelatus deberet... removere... Si vero per amotionem... peccatum nullatenus manifestaretur..., tunc, alia occasione accepta, posset subditum... ab administratione removere, et deberet hoc facere, cum debita tamen cautela.* Et idem confirmat in *Suppl.*, qu. 11, art. 1, ad 3. — Idem dicunt S. Bonaventura, Alexander de Ales³, Gabriel, Paludanus et Adrianus, apud Habert⁴; ac alii apud Suarez⁵: qui hanc sententiam vocat communem, ut revera erat inter antiquos.

¹ Fagund., de 2^o praec. *Ecc.*, lib. 6, cap. 3, num. 1. — ² Gran., in 3^o Part., contr. 7, de Poenit., tract. 11, disp. 7, num. 6. — ³ Lugo, disp. 28, n. 99, 102 et 103. — ⁴ De Sacr. Poenit., qu. 18, sect. 8, v. *Media quadam*. — ⁵ Tom. 5, cas. 428, v. *Al terzo caso*. — ⁶ Quodlib. 5, artic. 13. — ⁷ S. Bonav., in 4, dist. 21, part. 2, artic. 2, qu. 1, ad 4. — ⁸ Gabr. Biel., in 4, dist. 21, qu. unic., art. 3, dub. 1, ad 2. — ⁹ Palud., in 4, dist. 21, qu. 1, art. 3, concil. 8 (num. 60), v. *Si ergo per confessionem*. — ¹⁰ Adrianus, in 4, de Confess., de Sigillo, § 44 argumenta, v. *Ad 3 principale*. — ¹¹ De Poenit., cap. 9, § 7, qu. 14, resp. 3. — ¹² Disp. 33, sect. 7, num. 4.

cordat; sed de exceptione quam ponit Coninck, dicit, n. 23, i. f.: « Haec doctrina mihi probabilis visa est; sed quia eam non omnibus probari intelligo..., ideo nihil definio, sed aliorum in hac re iudicio acquiescere malo ».

b) Diana, part. 5, tr. 11, resol. 46, est utique contra hoc alterum distinctionis membrum; sed resol. 3, ex parte saltem illud approbat.

c) Auctores citati ex Diana, sive pro negativa, sive pro affirmativa, et ipse Diana, revera loquuntur de solo casu quo propter

peccatum auditum in confessione et non emendatum, sacerdos negaret Eucharistiam alicui; at S. Bonaventura, dist. 21, qu. 3, part. 2, art. 2, qu. 1, ad 3, loquitur etiam de matrimonio et de clericis ad ordines praesentandis; Sotus vero, Silvester, Valentia, de denegatione Eucharistiae pariter loquentes, limitant nisi confessarius sit parochus et Eucharistia petatur tempore praeepti.

656. — *a)* Alexander de Ales, part. 4, qu. 19, membr. 2, art. 1, i. f., loquitur de praesentatione ad ordines.

Ex pecca-
to, auditio,
aliqui di-
cunt posse
subditum
amoveli ab
officio.

Omnino illi-
citum est.

Sed huic doctrinae obstat hodie decretum Clementis VIII, editum 26 Maii anno 1593, ubi dictum fuit: *Tam superiores pro tempore existentes, quam confessarii, qui ad superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissime, ne ea notitia quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.* — Quamvis autem hoc decretum emanatum fuerit tantum pro superioribus regularibus, tamen recte dicunt Holzmann¹ et Croix² extendi debere ad omnes, quidquid dicat Habert³; cum eadem ratio quae urget pro regularibus valeat etiam pro saecularibus, ne scilicet confessio reddatur odiosa. Praeterquam quod id certius fit ex alio decreto Innocentii XI, ut mox videbimus in Dubio sequent.

657. — Dubitatur 2º. *An superior in electione beneficii vel officii possit negare suffragium ei quem ex sola confessione noverit indignum?*

Affirmat idem Sambovius³ cum S. Antonino⁴, ubi scribit: *Quia homo liberam electionem habet, licet per solam confessionem sciat aliquem indignum ad praelaturam ad quam eligitur, quem alias putabat dignum, non debet eligere ex conscientia sibi sic dictante; quia, eligendo scienter dignum vel indignum, negotium geritur inter ipsum et Deum. Unde potest etiam ex his quae scit ut Deus, judicare in proposito.* — Sed omnino id negandum cum Sporer⁵, Viva⁶, Concina⁷, Croix⁸, Holzmann⁹, Roncaglia¹⁰, Elbel¹¹ et aliis. Hocque hodie certum est ex decreto S. C. generalis Inquisitionis, edito auctoritate Innocentii XI anno 1682, quo proscripta fuit sequens propositio: *Scientia ex*

Clem. VIII, decr. gen., confirmat. ab Urbano VIII, die 21 sept. 1624, apud Bizzarri, et in Bullar. Rom. Maiardi, ad an. 1624. — ¹ De Poenit., n. 717. — ² De Poenit., cap. 9, § 7, qu. 14, resp. 3, v. f. — ³ Tom. 5, cas. 428. — ⁴ Part. 3, tit. 17, cap. 22, § 1, v. f. — ⁵ Part. 3, cap. 7, n. 869. — ⁶ Append. ad propos. damn., § 7. — ⁷ Lib. 2,

⁸ Croix, lib. 6, part. 2, n. 1977, perspicue significat hoc decretum ab omnibus servandum esse.

657. — ^{a)} Sanchez, *de Matr.*, lib. 3, disp. 16, n. 3 et 4; Laymann, cap. 14, n. 22 et 23, principium generale habent ex quo colligitur exempla hic allata non esse licita: nempe sigil-

confessione acquisita uti licet, modo fiat sine directa aut indirecta revelatione, et gravamine poenitentis, nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur, in cuius comparatione prius merito contemnatur. Addita deinde explicatione sive limitatione, quod sit intelligenda de usu scientiae ex confessione acquisitae cum gravamine poenitentis, seclusa quacumque revelatione, atque in casu quo multo gravius gravamen ejusdem poenitentis ex non usu sequeretur. Hanc dictam propositionem, quatenus admittit usum dictae scientiae cum gravamine poenitentis, etiam cum dicta explicatione, praesenti decreto prohibent, etc. Mandantes etiam universis sacramenti Poenitentiae ministris, ut ab ea (doctrina) in praxim deducenda prorsus abstineant.

Hinc bene advertunt Viva¹², Holzmann¹³, Mazzotta¹⁴ et Croix¹⁵, illicitum esse confessario ex notitia confessionis claudere poenitentem in cubiculo, ne exeat ad peccandum; dimittere famulum, vel auferre ab eo claves ne furetur; item ostendere poenitent vultum severiorem, vel ei negare pristinam communicacionem amicitiae. Neque admittendum, cum Sanchez¹⁶, Croix¹⁷, Laymann¹⁸ et Holzmann¹⁹, id quod perperam admittit Sporer²⁰, nempe licitum esse, ex scientia confessionis abstrahere claves aut pecuniam ab arca, claudere fores, non amplius committere claves famulo. — Quia omnia haec redundarent in gravamen seu exprobrationem poenitentis.

Si vero superior ex alia via quam confessionis [sciret aliquem indignum], puta ex defectu aetatis, scientiae, prudentiae, vel quia noverit alios digniores ad bene-

diss. 3, cap. 12, n. 22. — ⁸ Lib. 6, part. 2, n. 1977. — ⁹ De Poenit., n. 717. — ¹⁰ Quaest. 6, cap. 2, qu. 6. — ¹¹ De Poenit., confer. 20, de iis qui tenentur ad Sigill., n. 506. — ¹² Append. ad propos. damn., § 8 et 9. — ¹³ De Poenit., num. 717. — ¹⁴ Tr. 6, disp. 2, qu. 5, cap. 3, v. Hinc. — ¹⁵ Lib. 6, part. 2, n. 1976, 1977 et 1970. — ¹⁶ Part. 3, cap. 7, n. 870.

lum confessionis obligare confessarium etiam in ordine ad ipsum confitentem, ne peccatum ex sola ipsius confessione cognitum ei objiciatur, exprobretur aut in memoriam revoletur.

^{b)} Croix et Holzmann jam citati sunt superius.

Aliae actiones illicitae propter notitiam confessionis.

Si indignitas aliunde sit nota, protest negari suffragium.

Haec sen-
tentia ex-
plicatur et
limitatur.

Ad pro-
priam gu-
bernatio-
nem, licitum uti notitiam confessionis.

ficum: tunc posse (imo debere) suffragium poenitenti negare, dicunt Natalis Alexander¹ et Merbesius²; ex D. Thoma³, ubi dixit: *Ex multis aliis causis aliquis reditum indignus ad praelationis officium quam ex peccato, sicut ex defectu scientiae vel aetatis, etc.; et ideo qui contradicit, nec suspicionem de crimen facit, nec confessionem revelat.* — Sed hanc sententiam censeo cum Petrocorensi^{c)} tantum locum habere posse casu quo tales occurrerent circumstantiae aliunde cognitae, sive ante sive post confessionem, quae vere moverent superiorem ad suffragium negandum, etiamsi nullam ex confessione notitiam habuisset indignitatis poenitentis. Unde minime audiendus auctor *Additionum* ad Wigandt⁴, dicens quod, esto ex sola scientia confessionis nequeat superior dirigi ad gubernationem externam, tamen poterit ex illa lumen accipere, et sumere alium exteriorem praetextum seu colorem ad negandum suffragium^{d)}.

Communiter tamen admittunt posse confessarium uti notitia confessionis ad se cautiorem reddendum in re familiari, ad socordiam excutiendam, ad diligentius invigilandum super gregem suum: modo

¹ De Poenit., cap. 5, art. 10, reg. 56. — ² De Poenit., qu. 50, v. *Quod si...* — ³ In 4, dist. 21, qu. 3, art. 1, solut. 1, ad 4. — ⁴ Tr. 18, exam. 7, cas. 1, v. *Ad tertium.* — ⁵ De Poenit., cap. 9, § 7, qu. 14, resp. 3. — ⁶ Cap. 4, qu. 5, resp. 4, v. *Hinc.* — ⁷ Tr. 23, punct. 19, § 3, num. 18. — ⁸ Append. ad propos. damn., § 9, v. *Fit secundo et seq.* — ⁹ Part. 3, cap. 7, n. 870. — ¹⁰ Disp. 5, de Poenit., qu. 6, sect. 5, punct. 4, num. 80. — ¹¹ Loc. cit., num. 23.

^{c)} Petrocorensis, cap. 4, qu. 6, n. 1, v. *Si autem,* revera tenet sententiam jam expositam; quae autem hic adduntur videntur esse commentarium a S. Alphonso datum.

^{d)} Hinc emanavit hoc decretum e S. O. die 5 Julii 1899: « Suprema haec S. Officij Congregatio, de expresso SS. D. N. Leonis PP. XIII mandato, districte prohibet ne ullus cuiusquam religiosae communitatis aut seminarii aut collegii superior, sive major sive minor, in hac Alma Urbe, (excepto aliquo raro necessitatibus casu, de quo ejus conscientia oneatur) suorum alumnorum in eadem domo manentium sacramentales confessiones audire ullo pacto audeat ». Cum tamen Clemens VIII, dekretu 19 Martii 1593 haec decrevisset: « Ipsi... magistro solo novitiorum confessiones audiendi cura committatur. Liceat tamen superiori etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per seipsum, vel per alium ab eo deputan-

Condicio-
nes requisi-
tiae.

Cum maxi-
ma cautela
proceden-
dum.

Regula ge-
neralis ser-
vanda in
utendo no-
titia confes-
sionis.

nulla detur aliis suspicio peccati, neque ex hoc poenitens gravetur vel implicite redarguatur. Ita Habert⁵, Antoine⁶, Palau⁷, Viva⁸, Sporer⁹; et Bonacina¹⁰ cum Soto et Reginaldo; ex D. Thoma¹¹, ubi ait: *Potest (confessarius)... dicere praelato quod diligentius invigilat super gregem suum, ita tamen quod non dicat aliquid per quod verbo vel nutu confitentem prodat.* — Omnia vero haec Pater Concina^{e)} absolute negat licere, dicens quod confessarius in omnibus se gerere debet ac si penitus ignoraret quae ex sola confessione dignoscit. — Nulli dubium quod in praedictis actibus quam maxime caute confessarius procedere debeat: cum difficile sit in his omne periculum evitare vel revelationis vel gravaminis poenitentis.

Caeterum generalis regula est, fere ab omnibus recepta, licitum esse uti notitia confessionis ubi nulla revelatio intervenit, nec ullum poenitenti gravamen infertur. Ita Sanchez¹², Lugo¹³, Habert¹⁴, Suarez¹⁵, Viva¹⁶, Antoine¹⁷, Mazzotta¹⁸, Holzmann¹⁹ et alii communiter. Atque ipse Concina²⁰ praefatam regulam admittit, inquiens posse confessarium uti notitia confessio-

art. 5, dub. ult. - *Regin.*, lib. 3, n. 32. - ¹¹ In 4, dist. 21, qu. 3, art. 1, solut. 1, ad 1. — ¹² De Matr., lib. 3, disp. 16, n. 4. — ¹³ Disp. 23, n. 102. — ¹⁴ De Poenit., cap. 9, § 7, qu. 14, resp. 3. — ¹⁵ Disp. 33, sect. 7, n. 9 et 10. — ¹⁶ Append. ad propos. damn., § 9, v. *Fit secundo.* — ¹⁷ Loc. cit., resp. 4. — ¹⁸ Tr. 6, disp. 2, qu. 5, cap. 3, v. *Dico 2.* — ¹⁹ De Poenit., n. 717, resp. 2. — ²⁰ Lib. 2, diss. 3, cap. 12, num. 23.

dum, semel aut bis in anno eorumdem novitiorum confessiones audire »; et rursus, die 26 Maii 1593: « Non licet superioribus regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte ac proprio motu id ab iis petierint »: — S. O. die 23 Augusti 1899 declaravit: « Per decretum S. O. fer. IV de d. 5 Julii 1899 nihil derogatum fuisse constitutionibus apostolicis quoad ordines religiosos ». Attamen haec declaratio non valet pro congregationibus votorum simplicium, etsi perpetuorum; ut idem S. O. declaravit die 20 Decembris ejusdem anni.

^{e)} Concina, quamvis primo intuitu ita absolute videatur negare, *loc. cit., cap. 12, n. 23*, attamen suam sententiam ita explicat et mitigationat, ut vix aut ne vix quidem ab aliorum sententia discrepet, uti notat S. Alphonsus inferioris.

Casus particulares.

nis tum ad reformatos proprios mores, tum ad servandam propriam vitam, quando duo concurrunt, nempe si secretum custoditur et confessio odiosa non redditur. — Quapropter Holzmann, Antoine, Mazzotta, Viva, etc. communiter admittunt bene posse sacerdotem ex notitia confessionis orare pro poenitente, vel benignius erga ipsum se gerere; item consulere libros et sapientes, rigorem temperare, ex confessione unius dirigi ad alios interrogandos vel instruendos, nullam tamen dando prioris confessionis suspicionem; item (ut ait Holzmann¹ cum Stoz) posse se praecavere a periculis et occasionibus damni spiritualis aut temporalis^f). Et sic pariter dicit Bonacina² cum Navarro, Reginaldo, Zerola, etc., posse monere etiam alios, in genere tamen loquendo, nempe ut sibi caveant, ne exeant e domo, etc.: semper tamen secluso omni periculo revelationis vel gravaminis poenitentis.

658. - Dubitatur 3º. *An confessarius possit communionem denegare poenitenti cui prius negavit absolutionem tamquam indisposito, si ille postea occulte communionem petat?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent D. Thomas³, dicens: *Si sacerdos qui ex confessione noverit parari sibi insidias possit fugere sive aliter sibi cavere, aliquo praetextu arrepto?* Certum est posse (ut recte ait Lugo¹⁷), si ex tali cautione minime manifestatur aliis peccatum confessum, nec ullum gravamen poenitentis affertur.

Sed Dubium est: *an liceat ei fugere, si ex fuga, alii jam consci peccati poenitentis, conjiciant poenitentem esse illi confessum tale peccatum?*

Holm., de Poenit., n. 717, v. *Et hinc.* — Antoine, cap. 4, qu. 5, resp. 4, v. *Hinc.* — Mazzotta, tr. 6, disp. 2, qu. 5, cap. 8. *Dico 2º.* — Viva, Append. ad prop. damn., § 9, v. *Fit 2º.* — Loc. cit. - Stoz, lib. 2, n. 248. — ³ Qu. 6, sect. 5, punct. 4, num. 19. — *Navarr.*, in can. *Si sacerdos, n. 124, de poenit., dist. 6.* - *Regin.*, lib. 8, n. 14. — *Zerola, Prax. Poenit.*, cap. 22, qu. 8. *Dico 2 et 3.* — ⁸ In 4, dist. 9, qu. unic., art. 5, solut. 1. — ⁴ De Poenit., cap. 4, qu. 6,

fessionem odiosam vere poenitibus: talis enim negatio vel monitio solis perire volentibus odiosam confessionem redderet; sed hoc non debet impedire ne sacerdos peccatorem moneat et sacramentum indigno deneget. — Et sic pariter dicunt episcopum posse et teneri negare Ordinem indigno ex confessione cognito, et parochum assistentiam matrimonio, in quo ex confessione noverit dirimens adesse impedimentum.

Secunda tamen vera sententia negat. Et hanc tenent Sanchez⁶, Lugo⁷, Laymann⁸, Bonacina⁹, Salmant.¹⁰; Contin. Tournely¹¹ cum Henno; Sporer¹², Mazzotta¹³, Holzmann¹⁴, Concina¹⁵ et Croix¹⁶. — Ratio, quia hujusmodi denegatio sacramenti vel monitio confessionem redderet odiosam, non solum poenitentibus illicite potentibus; sed etiam aliis qui, si scirent quod confessarius posset aliquando uti notitia confessionis, facile absterrentur a sacramento Poenitentiae. Haec sententia hodie omnino est tenenda, ex supra citato decreto Innocentii XI, ubi vetatur quilibet notitiae confessionis usus, ex quo sequatur qualemque poenitentis gravamen. Vide n. anteced. 657.

659. - Dubitatur 4º. *An sacerdos qui ex confessione noverit parari sibi insidias possit fugere sive aliter sibi cavere, aliquo praetextu arrepto?* Certum est posse (ut recte ait Lugo¹⁷), si ex tali cautione minime manifestatur aliis peccatum confessum, nec ullum gravamen poenitentis affertur.

Sed Dubium est: *an liceat ei fugere, si ex fuga, alii jam consci peccati poenitentis, conjiciant poenitentem esse illi confessum tale peccatum?*

resp. 2, n. 2. — S. Bonav., in 4, dist. 9, art. 2, qu. 4, ad 5 et 6. — ⁵ De Matr., lib. 3, disp. 16, n. 6. — ⁶ Loc. cit., n. 14. — ⁷ Disp. 23, n. 126. — ⁸ Cap. 14, n. 22 et 23. — ⁹ Loc. cit., n. 17. — ¹⁰ Tr. 6, cap. 14, n. 46. — ¹¹ De Sacr. in gen., cap. 2, art. 3, sect. 5, concl. 2. — *Henno*, de Sacr. i. g., disp. 5, qu. 4, concl. 4. — ¹² Part. 3, cap. 7, n. 869. — ¹³ Tr. 5, disp. 1, qu. 2, cap. 3, qu. 4, n. 4. — ¹⁴ De Poenit., n. 717. — ¹⁵ Cap. 12, n. 18. — ¹⁶ Lib. 6, part. 2, n. 1974. — ¹⁷ Disp. 23, n. 108

^f) Scilicet confessarium ex hac scientia posse moveri ad vitanda ea quae ex confessione novit fuisse poenitenti ipsi occasionem peccati aut damni in bonis corporis, fortunae, etc., ut dicunt auctores citati.

658. — ^{a)} S. Antoninus, *part. 3, tit. 17, cap. 22, § 1;* et *tit. 14, cap. 12, § 2*, profecto docet posse eo casu negari Eucharistiam, nisi tamen petatur a parocho, et eo tempore quo parochus tenetur eam ministrare.

Etsi, juxta alias, complices conjiciant confessionem factam.

Prima sententia affirmat, modo nullum poenitenti damnum obveniat^{a).} Ita Palau¹, Bonacina², Petrocorensis³, Wigandt⁴, Sporer⁴; Renzi⁵ cum Coninck et Fagundez; ac Laymann⁶ cum Scoto, Silvestro, Adriano, Gabriele et Henriquez. — Ratio, quia aliud est revelare peccatum confessum; aliud, revelare confessionem peccati jam ab aliis cogniti: tunc enim non revelatur peccatum, sed tantum confessa facta peccati, quod non est contra sigillum.

Secunda vero sententia, quam sequor, negat id esse licitum. Et hanc tenent Suarez⁷, Salmant.⁸, Antoine⁹, Elbel⁸; Roncaglia⁹ cum Navarro et Ledesma¹⁰; Mazzotta¹⁰ cum Viva et Croix¹¹; ac Lugo¹¹ cum Soto¹², Vasquez, Richardo¹³ et Medina¹⁴. Ratio, quia fuga illa eset quidem indirecta revelatio peccati confessi. — Nec obstat dicere quod tum fit revelatio indirecta, cum ponitur actio ex qua de se conjicitur peccatum confessum; sed hic fuga confessarii nullo modo manifestat peccatum, sed tantum alii ex propria conscientia arguunt peccatum esse confessum. Sed respondet cum Lugo quod positis talibus circumstantiis, nempe

^{a) Tr. 23, punct. 19, § 3, num. 18. — ² Qu. 6, sect. 5, punct. 4, n. 27. — ³ Cap. 4, qu. 6, n. 4. — ⁴ Part. 3, cap. 7, n. 863. — ⁵ Cap. 5, sect. 1, qu. 9. — ⁶ Coninck, disp. 9, dub. 4, n. 55 et 56. — ⁷ Fagund., de 2º praec. Eccl., lib. 6, cap. 2, n. 5. — ⁸ Lib. 5, tr. 6, cap. 14, n. 21. — ⁹ Scot., in 4, dist. 21, qu. 2, § Ad argumenta, v. Ad 3. — ¹⁰ Silvest., v. Confessio III, n. 12. — ¹¹ Adrian., in 4, de Sacr. Confess., § Ad argumenta, ad 3 princip., ad 5. — ¹² Gabr. Biel, in 4, dist. 21, qu. unic., n. 10. — ¹³ Cap. 2, reg. in praxi, n. 1.}

scientiae aliorum criminis et confessionis poenitentis, fuga illa eset vera revelatio, non solum confessionis factae, sed etiam peccati confessi. Et licet confessarius fugam simularet ex aliquo praetextu, semper tamen aliquam rationabilem suspicione praebaret peccati confessi.

Dicit autem Pater Cuniliati¹² quod eo casu poenitens tenetur dare licentiam confessario ut ille possit eximi a periculo; alias confessarius non tenetur ipsum absolvere, semper ac poenitens potest licentiam praebere absque periculo sui gravis damni. — Et addit quod si poenitens injuste licentiam denegat, confessarius (modo non det aliis suspicionem confessionis auditae) licite poterit uti notitia per confessionem recepta ut a periculo se liberet; tunc enim (ait) nullum poenitenti imminet gravamen, sed tantum adest manifestatio apud ipsummet negatae licentiae. Tamen id minime admittendum puto; nam, licet absit gravamen poenitentis, adest vero indirecta saltem revelatio notitiae in confessione habitae.

Notandum autem hic id quod dicit Roncaglia¹³, nempe quod si confessarius noverit aliquem ex confessione solitum

^{art. 3, dub. 1, ad 4. — ¹⁴ Henrig., lib. 6, cap. 24, num. 5. — ¹⁵ Disp. 33, sect. 7, n. 7. — ¹⁶ De Poenit., confer. 20, de iis qui tenentur ad Sigilli, n. 524. — ¹⁷ Cap. 2, qu. 5. — ¹⁸ Navar., in can. Sacerdos, num. 135. — ¹⁹ Viva, de Poenit., qu. 10, art. 4, n. 4. — ²⁰ Tr. 6, disp. 2, qu. 5, cap. 3, v. At, quid. — ²¹ Disp. 23, n. 110. — ²² Vasq., qu. 98, art. 4, dub. 10, n. 4. — ²³ Lugo, loc. cit., n. 113. — ²⁴ Tr. 14, cap. 4, § 8, n. 10. — ²⁵ Cap. 2, reg. in praxi, n. 1.}

damnum poenitenti, et confessio redderetur odiosa». — Antoine vero, *cap. 4, qu. 5, resp. 4*, i.f. dicit confessarium posse fugere, « modo praeter poenitentem nemo adverte possit id fieri ex usu notitiae per confessionem partae. Quia hoc non potest ullum gravamen affere poenitenti, nec reddere sacramentum odiosum, nec revelare confessionem. Secus, si alter inde colligat poenitentem ista declarasse, ac ideo ei successeat et noceat ».

^{d)} Petrus de Ledesma non citatur a Roncaglia pro hac sententia.

^{e)} Croix, *n. 1976*, sicut et ipse Mazzotta, non loquitur de complicibus consciis peccati poenitentis. De cetero uterque negat posse sacerdotem sibi cavere per fugam.

^{f)} Sotus, *in 4, dist. 18, qu. 4, art. 5, concl. 1, v.* Hoc adeo verum est; et de Secreto, membr. 2, qu. 4, concl. 5, dub. 1, v. Aequa ratione; Richardus, *in 4, dist. 21,*

Eo casu.
poenitens
tenetur da-
re licentiam
confessario.

Confessa-
rius, ex no-
titia confes-
sionis, ne-
quit se exi-
mere ab au-
diendo poe-
nitente.

esse multa peccata vel tenuem disposi-
tionem ^{a)} afferre: non poterit sine justa
causa se celare vel excusari ab eo au-
diendo, quando aspiceretur ab aliis, et iis
suspicionem talem ingereret; multoque
magis si poenitens id reputabit ut tacitam
exprobationem suorum peccatorum. —
Secus vero (ait), si nullus aspiceret; quia
tunc nulla in aliis oriretur suspicio. Sed
huic ultimo non acquiesco; quia, si alias
confessarius jam assisteret in confessio-
nali, et ideo recedit quia videt illum poenitentem
accidere: etiamsi alii nihil adver-
tent, videtur tamen hoc illi gravamen
afferre, et aliquo modo odiosam reddere
confessionem, cum facile tunc poenitens
credat quod si ipse confessus non fuisset,
bene tunc suam confessionem apud illum
confessarium, ut cupit, expleret. Et de
hoc magis est verendum post decreta
(ut supra n. 657), ubi prohibetur confessarii
ne ullo modo utantur notitia con-
fessionis ad externam gubernationem, aut
cum aliquo gravamine poenitentis: quod
quidem intelligitur, ut inquit idem Ron-
caglia ¹ cum S. Thoma ^{b)}, Lugo ^{b)}, San-
chez ^{b)}, etc., etiamsi nulla intercedat re-
velatio, et etiamsi poenitens nullo modo
advertat hoc fieri ob confessionem pera-
ctam. Unde ex ipso Roncaglia dico quod,
licet tunc fuga illa ex praetextu appa-
renter justo non redderet confessionem
odiosam tali poenitenti, redderet tamen
odiosam generaliter reipublicae christia-
nae; quia si scirent fideles, posse confessarii
ex colorato praetextu aufugere ab
ipsis, ob notitiam in confessione acceptam
suum peccatorum, facile gravarentur.

Licite autem confessarius se celabit,
si justam habeat causam, ob quam etiam
ab aliis poenitentibus incognitis aequa se
diisset.

^{a)} Tr. 19, qu. 6, cap. 2, qu. 6. — ^{b)} Loc. cit., qu. 5. — ^{c)} De Poenit., disp. 23, n. 116.

art. 4, qu. 2, ad 5; Joannes Medina, Cod. de Confess., tr. 2, qu. 45, v. Verum haec, ita
sane docent, casu quo nullam aliam causam
divertendi praetendere posset confessarius;
quod vix accidere potest, ait Stotus.

^{d)} Roncaglia dicit: «Ob ipsius indispositionem».

^{e)} S. Thomas, Quodlib. 5, art. 13; Lugo,
disp. 23, n. 93; Sanchez, de Matr., lib. 3,
disp. 16, n. 4, quos Roncaglia hic citat, hanc
sententiam non tenent.

excusaret. — Nec obstat quod poenitens
tunc etiam suspicari posset confessarium
se celare ob auditia sua peccata; nam si
revera confessarius ob justam causam se
excusaret, revera tunc sua suspicio esset
temperaria, quam confessarius vitare non
tenetur. — Hinc concludo quod erga hu-
jusmodi poenitentem ita se gerere debet
confessarius ac se gereret erga alium de
quo nunquam confessionem excepisset.

Bene tamen approbo id quod dicit
idem Roncaglia ² cum Lugo ³, quod si
poenitens indispositus minitetur confessarii
ob negatam absolutionem, bene
poterit confessarius ab illo aufugere et
non redire; quia tunc illae minae non
sunt peccatum manifestatum ad absolu-
tionem obtainendam, sed peccatum in con-
fessione commissum, quod sigillo non
gaudet. Haec tamen fuga tantum permit-
titur confessario, si fugiendo non ingerat
aliis suspicionem negatae absolutionis. —
Quod si autem ingereret, posset recitare
aliquam orationem, non jam intendendo
deceptionem poenitentis, sed solam libe-
rationem ab illa vexatione; quamvis poenitens
se decipiatur, credens illam orationem
esse formam absolutionis ⁱ⁾. Vide dicta de
Sacram., hoc Lib. VI, n. 59, v. E converso.

660. — Dubitatur ⁵. *An confessarius,
sciens ex confessione ecclesiam esse pol-
lutam, possit ibi celebrare?* — Hic casus
quidem difficulter accidet; nam (sicut di-
ximus hoc Lib. VI, num. 364), ut ecclesie
polluator, requiritur publica violatio.
Tamen aliquando bene accidere posset,
nempe si violatio esset quidem publica,
sed confessario incognita; vel si alii igno-
rarent per tale factum ecclesiam esse
pollutam. In his autem casibus:

Prima sententia, quam tenent Sporer ^{a)};

Quid, si
poenitens
minitetur
confessa-
rio ob nega-
tam absolu-
tionem.

Juxta alios,
potest et de-
bet celebra-
re.

et Bonacina ^{b)} cum Silvestro ^{b)}, Lazario ^{b)}
et aliis, dicit confessarium posse et teneri
celebrare. — Ratio, quia Ecclesia in fa-
vorem sigilli non videtur tunc velle obli-
gare sacerdotem ad non celebrandum.

Secunda tamen sententia, quam tenent
Lugo ¹; et Aversa ac Tamburinius, apud
Croix ², censet non posse celebrare. Quia
ex una parte urget praeceptum non sa-
crificandi in ecclesia polluta; et ex alia
minime urget praeceptum servandi sigilli,
cum nullum adsit periculum revelationis
apud alios, nec damni poenitentis. — Et
haec sententia videtur satis probabilis
cum Mazzotta ³, si revera nullum sequat-
ur poenitentis gravamen, et nulla fiat
revelatio indirecta ^{c)}, puta si confessarius
justum exponat praetextum alibi cele-
brandi.

Dubitatur ⁶. *An, si ex confessione
scias aliquem (cui solitus es confiteri) non
esse sacerdotem vel non esse confessari-
um, possis et tenearis pergere ad ei
confiendum?*

Negat ^{d)} Sanchez ⁴, et probabile putat
Sporer ⁵. Quia ex una parte, non potes
simulare suspicionem sacramenti; ex
alia non violas sigillum omittendo confi-
teri: sic enim nihil revelas de crimine
poenitentis, cum innumerae possint esse
causae mutandi confessarium. — Communi-
cius tamen et verius tenent oppositum ^{e)}

Sciens ex
confessione
proprium
confessa-
rium non es-
se sacerdo-
tem:

Verius te-
netur per-
gere ad ei
confi-
endum.

¹ Disp. 23, n. 125. — Aversa, qu. 18, sect. 8, v. Sua-
detur etiam. — Tambur., de Sigillo, cap. 6, n. 16 et 17. —
² Lib. 6, part. 2, n. 1976. — ³ Tr. 6, disp. 2, qu. 5, cap. 3,
v. Dico 2. — ⁴ De Matr., lib. 3, disp. 16, n. 5. — ⁵ Part. 3,
cap. 7, num. 871. — ⁶ Disp. 23, num. 105. — ^{c)} Loc. cit. —
^d Lib. 6, part. 2, num. 1978. — Viva, Append. ad propos.

Lugo ⁶, Mazzotta ⁷; et Croix ⁸ cum Viva,
Dicastillo et Stoz; ac etiam probabile cen-
set Sporer ⁴. Ratio, quia in tali omissione,
quamvis non adsit revelatio sigilli, sem-
per tamen adest quaedam odiosa expro-
bratio poenitentis. Neque tunc oportet
tibi simulare sacramentum (quod revera
esset intrinsece malum); sed potes illi
facto sacerdoti vel confessario simpliciter
aliquid peccatum manifestare sine inten-
tione absolutionis: quod in hoc casu non
esset illicitum, cum tua cooperatio ad
peccatum illius esset tantum materialis.

661. — Caeterum, generaliter loquendo,
dico quod, esto confessarius in hac ma-
teria tam gravi et periculosa debeat esse
valde cautus, ne poenitentes ex confes-
sione aliquod injustum gravamen subeant
(ut sub initio animadversum voluimus):

tamen non tenetur cavere omnes leves
conjecturas quas facile malitiosi faciunt,
sed tantum ne praebeat suspiciones pro-
babiles de peccatis auditis; ut dicunt Lu-
go ⁹ cum Scoto ^{a)}, Palacio et Medina ^{a)}:
ac Croix ¹⁰ cum Gobat, Tamburino et Gor-
maz, ex D. Thoma ¹¹, ubi sic ait: *Si... amo-
tio subditu ab administratione possit in-
ducere ad manifestandum peccatum in
confessione auditum, vel ad aliquam (nota)
probabilem suspicionem habendam de ipso,
nullo modo praelatus deberet subditum...
removere.*

dam, § 9, v. *Fit quinto.* — *Dicast.*, disp. 12, dub. 7, n. 158. —
Stoz, lib. 2, n. 251, ad 5. — ⁹ Disp. 23, n. 106. — *Mich. de
Palacio*, in 4, dist. 21, disp. 2, v. *Observabis autem.* —
¹⁰ Loc. cit., n. 1947. — *Gobat*, tr. 7, n. 799 et 800. — *Tam-
bur.*, de Sigillo, cap. 7. — *Gormaz*, tr. de Poenit., part. 2,
n. 398. — ¹¹ *Quodlib.* 5, art. 18.

In materia
sigilli con-
fessarius
debet esse
vnde cau-
sus.

Sed non
tenetur ca-
vere nisi
probabiles
conjectu-
ras.

^{b)} Bonacina, qu. 6, sect. 5, punct. 4, n. 23,
dicit hunc posse celebrare. — Silvester vero,
v. Confessio III, n. 11, i. f.; et Lazarus, Ca-
non. quaest., sect. 2, qu. 17, n. 12, non lo-
quuntur de celebratione.

^{c)} Et ita etiam revera tenent Lugo et
Aversa; Tamburinius autem probabile ex-
stimat. — In Hom. Apost., tr. 16, num. 159,
sic S. Alphonsus: «Ita etiam dicimus quod,
sublato periculo revelationis aut gravaminis,
confessarius sciens pollutam esse ecclesiam,
potest, imo debet abstinere a celebratione».

^{d)} Sanchez negat teneri pergere. — Et
Sporer absolute etiam negat posse aut teneri.
In casu autem quo alii suspicarentur malum
de isto sacerdote: «Crede quod placet», inquit
Sporer.

^{e)} Tenent oppositum Lugo, Dicastillus,
Viva et Stoz, casu nempe quo resultaret ali-
qua saltem indirecta revelatio, vel aliquod
dedecus aut incommodum poenitenti.

^{f)} Scotus, in 4, dist. 21, qu. 2, v. *Ad
argumenta*, ad 3, citatur quidem a Lugo, sed
scribit: «Generaliter... potest dici quod signum
quod est de se indifferens ad hoc, quod est
tale peccatum esse confessum vel non esse,
licet sit aliquibus magis signum determinatum
ex aliquo supposito, non est signum re-
lativum confessionis, nec per consequens
simpliciter illicitum confessori». Unde me-
lius hoc modo a Palatio citatur: «Huic pla-
cito accessit Scotus». — Medina pariter citatu-
sus a Lugo, rem satis insinuat, Cod. de Con-
fess., tr. 2, qu. 45, v. *Ad hunc casum*, ubi

ⁱ⁾ S. Doctor addit in Hom. apost., tr. 16,
num. 163: «Posset etiam..., ut liberaretur a
vexatione, proferre formam ita: *Ego te non
absolvo*, prolatu verbo *non submissa voce*».

²⁾ Sporer, part. 3, cap. 7, n. 874,
ita docet, «si ex omissione Sacri aliqua notitia
peccati apud alios, aut aliquod damnum
poenitenti timeatur... At si nullius notitiae
apud alios vel detrimenti poenitentis peri-
culum sit..., posse celebrare mihi probabi-
lius».

DUBIUM II.

Quale sit Praeceptum, et quae Obligatio Confessionis.

662. Quos, et quando obliget hoc praeceptum. Et quomodo computetur tempus annuae confessionis. — 663. An praeceptum divinum confessionis obliget extra articulum mortis. — 664. Quomodo obliget juramentum medicorum, non visitandi infirmos non confessos. (Vide etiam Lib. III, n. 182). — 665. Qui teneantur ad praeceptum confessionis. — 666. An impuberes. An isti possint absolviri, si dubitetur de usu rationis. (Remiss. ad n. 432). — 667. An obligetur ad confessionem annualem habens sola venialia. — 668. An qui non satisfecit praecepto, teneatur ad illud quamprimum. — 669. Et an per confessionem quae fit anno sequenti, satisfiat praecepto etiam antecedentis. — 670. An in Paschate sit obligatio confitendi proprio parochio. — 671. An teneatur quis aliquando confiteri ante finem anni. — 672. An satisfiat praecepto per confessionem invalidam. — 673. Qui ab hoc praecepto excusentur. — 674. Poenae in transgredientibus hoc praeceptum.

Praeceptum confitendi, quos et quando obliget.

662. — Resp. Praeceptum confitendi tum divinum tum ecclesiasticum sub mortali obligat omnes ac solos baptizatos qui habent mortale: illud, in articulo mortis; hoc vero, postquam ad annos discretionis pervenerint: et simul, ut confiteantur proprio sacerdoti, vel alteri cum ejus venia, semel in anno, computando ab una confessione ad aliam, ut quidam docent; [Ut Sotus et Granado, apud Viva¹] vel ab initio Januarii ad finem Decembris, ut habet communior; [Et tenent Viva^a; ac Palaus et alii, apud Croix²] vel denique a Paschate ad Pascha, ut consuetudo fere obtinuit, propter communionem Suarez³, Vasquez^b, card. de Lugo^b, Coninck^c.

Hinc recte ait Holzmann^d quod, per se loquendo, annus esset computandus a

Sotus, in 4, dist. 18, qu. 1, art. 4, concl. 1. — Gran., de Poenit., tr. 1, disp. 9, n. 16. — ^a De Poenit., qu. 4, art. 3, n. 4. — Palaus, tr. 23, punct. 20, § 2, n. 10. — ^b Lib. 6, part. 2, n. 2043. — ^c Disp. 36, sect. 3, n. 8. — ^d Disp. 5, dub. 6, n. 56. — ^e De praececc. Eccl., n. 33. — ^f In 4, dist. 17, qu. 3, art. 1, solut. 4. — ^g Suan., disp. 33, sect. 3, n. 2. — ^h Lugo, disp. 15, n. 36. — ⁱ Regin., lib. 6, n. 30. — ^j Villalobos,

loquitur de amotione alicuius religiosi ab officio; quam facit abbas ex notitia habita in confessione, quia cum id fieri possit pluribus de causis, ex hujusmodi facto non revelatur peccatum monachi: « Quodsi videntes eum amovere, inde concipiunt monachum aliquod notabile peccatum commisisse, illis erit haec suspicio imputanda, qui temere et in pejorem partem rem interpretantur ».

662. — ^a Viva, loc. cit., n. 4, ita sane docet; sed haec eo modo interpretatur, ut « qui anno confessus est primo die Januarii, et anno sequenti confitetur ultimo die Decem-

Januario ad Decembrem; tamen, spectata universalis consuetudine, computatur incipiendo a Paschate ad Pascha.

663. — Quaeritur: an praeceptum confessionis obliget per se aliquando in vita extra periculum mortis? — Commune est non obligare per se statim post peccatum. Ita S. Thomas⁶, quem sequuntur Suarez, Lugo, Reginaldus, Villalobos, etc. cum Salmant.⁷

Dubium est: an obliget per se saltem saepius in vita?

Negant pariter D. Thomas⁸, et Scotus ac Gabriel, apud Salmant.⁹; item Palaus, Bosco et Dicastillus, apud Croix¹⁰. Ratio, quia talis obligatio nullo fundamento certo videtur probari; cum possit peccator per contritionem Deo se reconciliare. — Sed communius affirmant Salmant.¹¹ cum Re

Non obligat per se statim post peccatum.

Nec juxta alios, saepius in vita.

Probabiliter obligat saepius in vita.

ginaldo, Victoria, Ledesma et Granado; ac Croix¹ cum Rhodes, Illsung, Gormaz, etc. Et hoc videtur probabilius; quia (juxta dicta n. 297, v. Prima, in simili praecepte, nempe communionis), cum praeceptum hoc sit divinum, Christus reliquit illud determinandum ab Ecclesia, quae in cap. Omnis, de poenit. et remiss. determinavit obligare saltem semel in anno.

Praeter hoc autem (ut diximus n. 437, Dubit. I, v. Censeo) tale praeceptum per accidens obligat peccatorem etiam infra annum ad confessionem, si non conteritur, ratione caritatis erga seipsum, ne diu maneat in mortali.

664. — Hic obiter agendum de Quaestione illa, de qua jam egimus Lib. III, n. 182, sed hic plenius est disceptanda: — Quomodo medici teneantur infirmos de confessione monere?

Sciendum est quod concilium Lateranense, sub Innocentio III, in cap. Cum infirmitas 13, de poenit. et remiss., praecipit districte, nempe sub gravi, ut omnes interpretantur apud Salmant.^{a)}, omnibus medicis, ne infirmos in suam curam recipiant, nisi prius infirmi confiteantur. — Deinde S. Pius V, in Motu proprio quod incipit Supra gregem, edito anno 1566, innovando praefatam sanctionem, praecipit ne medicus incipiat curare infirmum, nisi eum moneat de confessione facienda; neque ultra tres dies eum invisat, nisi scripto confessarii resciat eum esse confessum. Et ut medici, antequam doctora-

Regin., lib. 6, n. 28. — Victor., Sum., de Confess., n. 132. — Petr. Ledesma, Sum., de Sacr. Poenit., cap. 9, concl. 6. — Gran., de Poenit., tr. 1, disp. 8, n. 5 et seqq. — ^b Lib. 6, part. 2, n. 2020. — Rhodes, de Poenit., disp. 2, qu. 4, sect. 4, § 2. — Ihs., tract. 6, disp. 6, num. 13. — Gormaz, part. 2, n. 22. — ^c Pius V, brev. Supra gregem, § 3, 6 et 7, diei 8 Martii 1566, in Bulario Rom. Mainardi. — ^d Lib. 5, tr. 6, cap. 5, n. 5. — Rosella, v. Medicus, n. 3. — Graff., Decis. aur., part. 1, lib. 3, cap. 14, n. 7. — Vega, Sum. nueva, part. 2, cap. 35, cas. 3, v. Lo quinto. — Rodrig., Sum., part. 1, cap. 244, n. 2. — ^e Tr. 17, de Voto et Juram., cap. 2, n. 90. — ^f Diss. 21, n. 5. — ^g Man., cap. 25, n. 61. — ^h Part. 3, tit. 7, cap. 2, § 4. — ⁱ V. Medicus, qu. 3, § Tertium. —

664. — ^a) Apud Salmant., tr. 17, de Voto et Juram., cap. 2, n. 90, habetur: « Est commune inter doctores ».

^b) Ex auctoribus citatis, soli Jacobus de Graffius et Ciera loquuntur de morbis dubiis, quamvis Salmant. citent autores uti refert S. Alphonsus.

tus gradum assument, jurent se hoc praeceptum observatuos; et Ordinarii illos non admittant in suis dioecesibus, nisi constiterit de hoc juramento. — His positis,

Quaeritur de qua infirmitate haec decreta intelligantur. — Tres sunt sententiae:

Prima, quam tenent Laymann²; item Rosella, Graffius, Vega et Rodriguez, apud Salmant.³ (et hanc Ciera⁴, cui adhaeret, vocat communio rem, sed immerito)

Praecepit istud intelligentium de solo morbo periculoso, juxta alios.

dicit intelligi de solo morbo periculoso, vel saltem de quo dubitatur an sit periculoso^b). Et idem sentit Navarrus⁵, dicens: Monitioni non est locus, quando manifestum est morbum non esse periculoso. — Et in hoc sensu ajunt auctores citati^c, praedicta decreta usu recepta fuisse.

Secunda autem sententia, quam tenent S. Antoninus⁶, Silvester⁷, dicit intelligi de quocumque morbo, etiam non mortali.

— Ratio, quia in morbo periculoso etiam de jure naturali praefata monitio facienda esset; unde, cum in dict. cap. Cum infirmitas novum praeceptum statuatur, utique textus non est de sola infirmitate mortalit intelligentus.

Tertia vero sententia communior, quam tenent Suarez⁸, Sanchez⁹, Bonacina¹⁰, Palaus¹¹, Concina¹², Viva¹³, Diana¹⁴ cum Angelo^d, Armilla, Tabiena, Nuñez, Homobono, etc.; ac Salmant.¹⁵ cum Cajetano, Leandro, Trullench et Candido (et huic

Juxta alios, intelligendum de quocumque morbo.

Communius, intelligentium de solo morbo gravi.

Disp. 35, sect. 3, n. 4. — ^e Decal., lib. 3, cap. 16, n. 7. — ^f Disp. 4, de 2 Praecep. decal., qu. 1, punct. 16, num. 10 et 18. — ^g Tr. 14, disp. 2, punct. 7, § 4, n. 2 et 3. — ^h Lib. 5, in Decal., diss. 6, cap. 2, n. 7. — ⁱ De Poenit., qu. 4, art. 2, n. 4. — ^j Part. 3, tr. 4, resol. 98. — Armilla, v. Medicus, n. 1, § Quartu. — Tabiena, v. Medicina, n. 13, qu. 12. — Nuñez, Suppl., qu. 6, art. 5, diff. 2, v. f. — Homobono, de human. vitae Statib., part. 2, cap. 8, v. Primo quod licet. — ^k Tract. 17, de Voto et Juram., cap. 2, num. 90. — Cajetano, Sum., v. Medicus. — Leander, Decal., part. 2, tract. 1, disp. 29, qu. 10. — Trull., Decal., lib. 2, cap. 1, dub. 19, num. 3. — Candid., disquisitio 26, artic. 14, dub. 3.

^c) Solus Graffius dicit decreta eo sensu recepta esse.

^d) Angelus, v. Medicus, n. 9, obligare vult « solum in infirmitate periculosa secundum se... Et dico periculosa, id est, quae posset probabiliter inducere periculum mortis; secus, quando est clarum quod non est periculosa ».

consentit^{e)} Benedictus XIV) — dicit 1º. hoc praeceptum non quidem intelligi de solis morbis periculosis. Nam revera constitutio Innocentii edita fuit (ut exprimitur in dicto *cap. 13*) ob motivum ne infirmi, cum monerentur in morbo mortali, facilius mortis periculum incurant; unde praeceptum seu juramentum intelligendum est de facienda monitione etiam in morbo non periculoso, ut infirmi, cum monentur, non incurvant mortis periculum. — Dicit 2º. nec etiam intelligi de quocumque morbo levi (quod ridiculum esset, ait Suarez), sed de morbo gravi, etsi non periculoso^{f)}. Ratio, quia tam Innocentius quam S. Pius loquuntur de infirmis *lecto jacentibus*, et ideo intelligunt loqui de illa infirmitate, quae, non ex majori commoditate, vel si aeger podagra aut alio consimili affectu laboret, sed ex necessitate lectum petit; ita ut sit per se gravis, vel prudenter judicetur periculosa ut gravis fiat.

Neque revera discrepant ab hac sententia D. Antoninus¹ et Silvester^g). — Ratio enim ab eis adducta nihil aliud probat quam quod facienda est monitio, etiamsi infirmitas non sit mortalisa. Unde

Suar., disp. 35, sect. 3, n. 4. — ¹ Part. 3, tit. 7, cap. 2, § 4. — ² Tr. 6, disp. 1, qu. 1, cap. 2. v. *Quaeres hic*. — ³ Loc. cit., n. 5. — ⁴ De Poenit., qu. 4, art. 2, n. 4. — ⁵ Part. 3, tr. 4, resol. 93, v. *Dico 2*. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 3, cap. 14, n. 7. — *Vega*, Sum. nueva, part. 2, cap. 35, cas. 3, v. *Lo quinto*. — *Homob.*, de human. vita Statib., part. 2, cap. 8, v. *Secundo*. — *Suar.*, loc. cit., n. 5. — *Mazzott.*, loc. cit. — *Diana*, loc. cit., v. *Dico 4*. — *Fili.*, tract. 7, cap. 2, num. 34. — *Nunes*, Suppl., qu. 6, art. 5, diff. 2, i. f. — ⁶ *Decal.*, lib. 3, cap. 16, n. 1. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 7, cap. 2, § 4. — *Angel.*, v. *Medicus*, n. 12. — *Rosel.*, v. *Medicus*, num. 4. — *Armill.*, v. *Medicus*, n. 1, § *Quinto*. — *Navar.*, Man., cap. 25, n. 63. — *Tabiena*, v. *Medicina*, n. 15, qu. 14. — ⁷ Tr. 17, cap. 2, n. 92. — *Silvest.*, v. *Medicus*, qu. 3, § *Quartum*. — *Fagund.*, Decal., lib. 2, cap. 25, n. 5. — *Leand.*, Decal., part. 2, tr. 1, disp. 29, qu. 2. — *Trull.*, Decal., lib. 2, cap. 1, dub. 19, n. 2. — *Navar.*, Man., cap. 25, num. 61, i. f. — *Bonac.*, de 2º praec. Dec., qu. 1, punct. 16, n. 10, v. *Quarto*, et n. 14. — *Suar.*, disp. 35, sect. 3, n. 5. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 98, v. *Dico 3*. — *Concina*, lib. 5, in Decal., diss. 6, cap. 2, n. 8. — ⁸ *Decal.*, lib. 3, cap. 16, n. 10.

^{e)} Benedictus XIV, *notif. 22*, n. 19, dicit malum desperationis in aegrotis vitari, « si juxta sacras constitutiones aegroti moneantur, cum discrimen vitae nondum impendeat, nec ullum futuri discriminis indicium videatur ». Eaque se didicisse ait a S. Antonino et a Silvestro.

^{f)} Fere omnes auctores addunt: Vel in quo prudenter judicatur periculum morale subesse ut morbus gravis fiat.

^{g)} Silvester aperte significat obligationem istam urgere etiam in levibus. Scribit enim,

v. *Medicus*, qu., 3, § *Tertium*: « Simpliciter et indistincte dicendum est cum textu [de poen. et remiss.] eos ad hoc teneri, cum eos ad infirmos vocari contingit; maxime, quia si infirmitas leve aggravaretur tantum ut infirmus teneretur confiteri, si tunc medicus

ipsi non dicunt in omni morbo levi monendum esse infirmum; sed tantum asserunt monendum in morbo etiam non mortali, quem nos gravem appellamus.

Notant autem doctores: 1º. Sufficere ut medicus moneat infirmum per alios. Ita Mazzotta^a, ac Suarez^b, Viva^c; et Diana^d cum Graffio, Vega, Homobono, etc. — 2º. Sufficere testimonium aliorum (absque confessarii scripto), quod infirmus sit confessus, modo sint fide digni. Suarez, Sanchez^e, Mazzotta; et Diana cum Filliuccio, Nuñez, Barbosa^f, etc. — 3º. Quod medicus non tenetur ad hujusmodi monitionem^g si moraliter sit certus infirmum esse in bono statu. Ita Sanchez^g cum S. Antonino, Angelo, Rosella, Armilla, Navarro et Tabiena; ac Salmant.^h cum Silvestro, Fagundez, Leandro et Trullench. — 4º. Quod si infirmus nolit obstinante confiteri, et esset in periculo mortis si a medico deserereturⁱ, tunc non tenetur medicus eum deserere, quia praefata decreta non adversantur caritati, quae favet etiam obstinati quoad fieri potest. Ita Navarrus, Bonacina, Suarez, Diana, Concina; et Sanchez^j cum Caje-

Satis est
monere per
alios.

Satis est
si fide digni-
dant esse
confessum.

Non obli-
gat, si infir-
mus mora-
liter certo
sit in bono
statu.

Si infir-
mus nolit
confiteri,
medicus
non tenetur
deserere.

Monitio
de confes-
sione fieri
debet in
morbo peri-
culoso.

tano^k), Graffio et Vega. Hancque opinio- nem dicit Benedictus XIV^l esse communem theologorum et canonistarum, cum Lugo, Palao, Pirhing, etc. ^m.

Circa autem obligationem monendi infirmum de confessione, stando quidem rigori praefatarum constitutionum Innocentii et S. Pii, omnino videtur vera tertia sententia, docens monitionem esse faciendam, non solum quando morbus est mortalisa, sed etiam cum adest periculum ut deinde mortalisa evadat. Pontifices enim sane aliud novum praeceptum medicis imponunt, praeter illud ad quod ipsi de jure divino tenentur. Et utinam constitutiones praedictae observarentur, quot infirmi damnationem vitarent, qui, ob medicorum oscitantiam, confessionem procrastinando, aut inconfessi aut male confessi decedunt! — Sed cum decreta Pontificum non obligent, nisi secundum quod sunt usu recepta (ut docent Cajetanusⁿ, Sanchez^o, Palaus^p, Corella^q; Diana^r cum Villalobos et Scortia; ac Salmant.^s cum Prado, Trullench, Leandro et Candido): hinc dicunt Salmant.^t cum Cajetano^u, Sanchez et aliis citatis^v, praefata decreta et juramentum in Hispania non obligare; quia ibi non sunt usu recepta vel sunt abrogata. Idemque testatur Mazzotta^w, loquens de nostro regno, dum ait juramentum S. Pii Neapoli ex usu recepto (ut etiam mihi constat) tantum in morbis periculosis observari.

Graff., Decis. aur., part. 1, lib. 3, cap. 14, n. 7, i. f. — *Vega*, Sum. nueva, part. 2, cap. 35, cas. 3, v. *Lo quinto*. — ¹ Notif. 22, n. 17. — *Lugo*, de Poenit., disp. 15, n. 38. — *Palaus*, tr. 14, disp. 2, punct. 7, § 4, n. 5. — *Pirhing*, lib. 5, tit. 38, sect. 1, § 4, n. 17. — ⁸ *V. Medicus*, v. f. — ³ *Decal.*, lib. 3, cap. 16, n. 14. — ⁴ *Loc. cit.*, n. 6. — ⁵ *Tr. 16*, cap. 3, n. 22. — ⁶ *Part. 3*, tr. 4, resol. 93, v. *Dico 5*. — *Villal.*, part. 1, tr. 9, diff. 27, n. 5, v. f. — *Scortia*, in Pontif. constit., epist. 88, theor. 215, i. f. — ⁷ *Tr. 17*, cap. 2, n. 91. — *Prado*, cap. 32, qu. 6, n. 16. — *Trull.*, Decal., lib. 2, cap. 1, dub. 19, num. 3. — *Leand.*, Decal., part. 2, tr. 1, disp. 29, qu. 13

665. — « Unde resolves:

« 1º. Tenentur hoc praeceto: 1º. Ha-
« retici et apostatae; pueri doli capaces,

« saltem post septennium. Vide Diana¹⁰,

« card. de Lugo¹¹. — 2º. Ingrediens peri-
« culosam navigationem vel conflictum. —

« 3º. Mulier tenera primum paritura, vel
« quae solet habere partus difficiles. —

« 4º. Reus morti adjudicatus. — 5º. Qui

« signa habent mortis naturalis ».

Ita communiter Salmant.¹², Viva¹³; et Croix¹⁴ cum S. Thoma, Suarez, Palao, Coninx, etc. Et hoc ex praecerto divino. — Addunt Lugo¹⁵; et Salmant.¹⁶ cum Navarro^a, Laymann^a, Azor^a, Silvestro^a, etc. communiter, peccatorem teneri per se confiteri, si probabiliter credat non amplius habitur copiam confessarii per totam vitam. Dicit autem Lugo¹⁷ cum communi (contra Medina^b et Nuñez), non esse obligationem confitendi propter solum periculum oblivionis peccati.

666. — « 2º. Improbabile est quod docet

« Sá¹⁸, Ecclesiam non obligare ante pu-
« bertatem; cum anni discretionis citius
« attingantur, et constet mortaliter pec-
« cari posse sub annum nonum vel deci-
« mum, imo ante. — Unde, si talis puer,
« crasso saltem modo, videatur cognoscere
« scire, Deum per hoc vel illud offendit,
« ostendatque dolorem et propositum, ac
« praecipua fidei mysteria cognoscat, de-
« bet absolvit. Secus tamen, si non notetur
« sufficiens usus rationis. — Si vero du-

Pueri ante
pubertatem
tenentur.

dum a medico, si haec desertio judicetur gra-
viter illi nocitura.

^{k)} Scilicet: Benedictus XIV, *loc. cit.*, inter theologos recenset Lugo et Palaum; inter canonistas vero, Pirhing.

^{l)} Cajetanus et aliqui alii ex jam citatis auctoribus id omittunt.

^{m)} Joan. Medina, *Cod. de Confess.*, tr. 2, qu. 14, i. f., quidquid dicat Lugo, non inducit ex periculo oblivionis obligationem speciale et distinctam a praecerto annuae confessionis.

^{coroll. 2}; Azor, part. 1, lib. 7, cap. 29, qu. ult.; Silvester, v. *Confessio I*, qu. 2, v. *Quar-*

tu, loquuntur de eo qui praevideat se per to-
tum annum non amplius habitur copiam confessarii.

ⁿ⁾ Joan. Medina, *Cod. de Confess.*, tr. 2, qu. 14, i. f., quidquid dicat Lugo, non inducit ex periculo oblivionis obligationem speciale et distinctam a praecerto annuae confessionis.

« bium sit, potest (imo in articulo mortis debet) absolvvi sub conditione. Vide Laymann¹, Diana², et card. de Lugo³: « ubi docet, etiam extra articulum mortis et obligationem praecepti, talem esse sub conditione absolvendum, ne gratia sacramentali privetur⁴ ». [Vide dicta de hoc punto, n. 432, v. Dico 3].

667. - « 3°. Non obligatur qui tantum habet venialia; etsi consuetudo habeat, et cogi etiam quisque possit, ut in Paschate saltem se sistat pastori, ut cum reliquis eum ad communionem admittat: ad quod pastor tenetur, si alter dicat se mortalibus culpae non esse conscientia. — Suarez⁴, etc. communiter.

An autem religiosi et moniales teneantur singulis mensibus ad confessionem et communionem accedere? — Vide dicta n. 313, v. Dicunt.

Quaeritur: an ad satisfaciendum praecerto annuae confessionis, qui non habet mortalibus teneatur confiteri venialia?

Prima sententia affirmat. Et hanc tenet S. Bonaventura, Silvester (apud Bonacina⁵), cum D. Thoma⁶, ubi ait: *Ex vi sacramenti non tenetur aliquis venialia confiteri, sed ex institutione Ecclesiae, quando non habet alia quae confiteatur*^a. Et probabilem putat Contin. Tournely^b cum Habert^b. — Ratio, quia concilium Lateranense IV, sub Innocentio III, in cap. *Omnis, de poenit.*, indistincte obligat fideles ad confitendum saltem semel in

¹ Lib. 5, tract. 6, cap. 5, num. 7. — ² Part. 4, tract. 3, resol. 58. — ³ Disp. 15, num. 149; et disp. 17, num. 22. — ⁴ Disp. 36, sect. 2, n. 8 et 9. — ⁵ S. Bonav., in 4, dist. 17, part. 3, art. 2, qu. 1. — ⁶ Silvest., v. Confessio I, n. 14. — ^a De Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. 4, n. 8. — ^b In 4, dist. 17, qu. 3, art. 1, solut. 3, ad 3. — ^c Svar., loc. cit., n. 8. — ^d Part. 3, tit. 14, cap. 19, § 14. — ^e Disp. 15, n. 132. — ^f De praec. Eccl., n. 26, v. *Dixi* 3. — ^g Loc. cit., n. 8. — ^h Asor, part. 1, lib. 7, cap. 28, qu. 3. — ⁱ Tr. 6, cap. 7, num. 30. — ^j Cano,

666. - ^a Lugo, disp. 17, n. 22, eum de quo dubitatur utrum usum rationis habeat, et qui venialia confiteretur, dicit « absolvendum sub conditione, et hoc non solum in mortis articulo, sed etiam extra illum. Et quidem quando urget praecceptum Ecclesiae de confessione, non videtur dubium quod sit absolvendum, si aliquod mortale dubium confessus est.. Sed etiam si peccatum veniale solum dixerit, videtur absolvendum ». — ^b Contin. Tournely, *de praec. Eccl.*, cap. 4, qu. 4, utique dicit esse non minus probabilem quam oppositam, sed addit: « Adeoque secundam in praxi ». — Idemque tenet vel

anno, ac proinde etiam eos qui sola habent venialia.

Secunda tamen sententia, communis et verior, negat. Eamque tenent cum Busenbaum et Suarez (ut supra), S. Antoninus⁷, Lugo⁸, Holzmann⁹; Bonacina¹⁰ cum Azor; et Salmant.¹¹ cum Cano, Vasquez, Cajetano, Laymann, Coninck, Reginaldo, Fagundez, Dicastillo, Medina, etc. — Ratio, quia Ecclesia, praecipiendo confessionem annuam, tantum illam confessionem praecipit quae est debita ex Christi institutione. Christus autem nullam aliam praecipit confessionem, nisi mortalium; ut explicat Tridentinum¹², ubi ait: *Venialia... taceri tamen circa culpam... possunt*.

— Id confirmatur ex verbis ipsius textus in dicto cap. *Omnis*, ubi dicitur: *Omnis... fidelis... omnia sua solus peccata, saltem semel in anno fideliter confiteatur*. Nota verbum *omnia*; ergo (ut bene advertunt hic Lugo, Bonacina, Salmant., etc.) praecceptum Lateranensis est de confitendis solis mortalibus: nam certum est apud omnes non esse obligationem confitendi omnia venialia.

668. - « 4°. Probabile est eum qui uno anno (sive cum, sive sine culpa sua) non satisfecit praecerto, teneri adhuc, quam primum potest, anno sequente; quia terminus non apponitur ad finiendam, sed ad non differendam obligationem. — Ac proinde talem toties peccare mortaliter quoties oblatam occasionem neglexit,

Select. de Poenit., part. 6, v. *Sed oritur tamen dubium*. — ^a Vasq., qu. 90, art. 2, dub. 2. — ^b Cajetan., in 3 P., qu. 65, art. 2, ad 4; et Opusc. tom. 1, tr. 5, qu. 1. — ^c Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 5, n. 12. — ^d Coninck, disp. 5, dub. 5, num. 52. — ^e Regin., lib. 6, n. 44. — ^f Fagund., de 2^o praec. Eccl., lib. 2, cap. 2, n. 8. — ^g Dicast., disp. 7, dub. 6, n. 109. — ^h Joan. Medina, Cod. de Confess., tr. 2, qu. 5, § 6 *De confitend. venial.*, v. *Ad secundam*. — ⁱ Sess. 14, de Poenit., cap. 5. — ^j Lugo, loc. cit. — ^k Bonac., loc. cit. — ^l Salmant., loc. cit., n. 30.

cretali praedicta non obligantur nisi illi qui habent peccata mortalibus... et secundum hoc etiam ille qui non habet mortalibus non tenetur ad confessionem venialium; sed sufficit ad praecceptum Ecclesiae impletum, ut se sacerdoti represeatur et se ostendat absque conscientia mortalibus esse; et hoc ei pro confessione reputatur ».

^a Contin. Tournely, *de praec. Eccl.*, cap. 4, qu. 4, utique dicit esse non minus probabilem quam oppositam, sed addit: « Adeoque secundam in praxi ». — Idemque tenet vel

Communiter et ve-
nient et nega-
tura teneri.

Confessio
annis se-
quentis, ju-
xta alios,
satis est pro-
utroque an-
no.

Quid de
eo qui anno
praecedenti
non satis-
fici.

« docent Bonacina¹, Suarez², Vasquez³, card. de Lugo⁴; contra Silvestrum, Valentia, Laymann⁵, Diana, etc., qui dicunt perseverare in uno eodemque peccato⁶.

— Vide dicta n. 297, de annuae communionis praecerto, quod pari passu procedit cum praecerto annuae confessionis. Ibi sententiae affirmativae adhaesimus; etsi diximus, sententiam negativam cum S. Antonino, Toletto, Sà, etc., quae hanc obligationem non agnoscit, non esse contemnendam.

669. - Utrum vero per confessionem factam in sequenti anno, posita obligatione juxta sententiam mox supra dictam, satisfiat praecerto utriusque anni?

Prima sententia affirmat; et hanc tenet Lugo²; et Dicastillus, Bonaespei et Antonius a Spiritu S., apud Salmant.³. — Ratio, quia praecceptum de confessione est de illa facienda semel in anno; ergo qui eam fecit, hoc eodem anno non tenetur ad aliam. Alioquin, qui per tres annos non fuisset confessus, quater deberet confiteri.

Secunda sententia negat; et eam tenet Suarez⁴, Laymann⁵; Bonacina⁶ cum Coninck⁷, Filiuccio⁸ et Nuñez. — Quia, sicut qui *"singulis annis tenetur solvere*

¹ Qu. 5, sect. 2, punct. 4, n. 30. — ² Silvest., v. *Eucharistia III*, n. 17, § *Tertium*. — ³ Valent., in 3^{ma} Part., disp. 6, qu. 8, punct. 4, v. *Et quoniam eodem tenore*. — ⁴ Diana, part. 3, tr. 4, resol. 41. — ⁵ Disp. 15, n. 180. — ⁶ Dicast., disp. 7, dub. 8, n. 142. — ⁷ Bonaesp., de Poenit., disp. 5, n. 77. — ⁸ Anton. a Spir. S., Director, confessar., tr. 5, num. 249. — ⁹ Tr. 6, cap. 7, n. 45. — ¹⁰ Disp. 36, sect. 4, n. 5. — ¹¹ Loc. cit., n. 31. — ¹² Nuñez, in Suppl., qu. 6, art. 5, diff. 5, v. f. — ¹³ De Poenit., qu. 4, art. 3, n. 5, v. *Utrum autem*. — ¹⁴ Loc. cit., n. 45. — ¹⁵ Fraepos., qu. 3, dub. 8, n. 52.

insinuat Habert, *de Poenitent.*, cap. 9, § 8, qu. 3.

668. - ^a Suarez, disp. 36, sect. 4, n. 2, dicit illum teneri statim confiteri, « et quo magis ac magis voluntarie differt confessionem, eo magis ac magis peccare ». — Vasquez, qu. 90, art. 3, dub. 2, n. 8; Laymann, loc. cit., cap. 5, n. 9, dicunt eo gravius esse peccatum quo magis differt confessio. — Lugo denique, disp. 15, n. 177, quoniam dicat eum teneri quamprimum confiteri, non tamen habet quae addit Busenbaum.

^b Habituali scilicet. Et Diana hanc secundam sententiam ut probabilem habet, quamvis probabiliorem existimet opinionem quae dicit eum teneri primo quoque tempore.

669. - ^a Laymann, loc. cit., n. 10, ad 2; et Filiuccius, tr. 7, cap. 3, n. 56, tenent potius sententiam tertiam, quam S. Alphonsus amplectitur. « Si quis differat confessionem

denarium, si anno praeterito non solvit, non satisfacit solvendo hoc anno unum denarium; ita non potest quis una confessione praeceperit duorum annorum satisfacere.

Tertia tamen sententia verior, quam tenent Palaus^c, Viva^d; et Salmant.^e cum Praeposito, Hurtado^f et Leandro^g, sic distinguunt:

Si poenitens in illa confessione manifestet peccata mortalibus tam antecedentis quam praesentis anni, tunc bene satisfacit utriusque anni obligationi. Ratio, quia per illam unam confessionem jam implet finem praecetti, nempe ut ipse cum Deo reconcilietur: idque est contra secundam sententiam. — Nec obstat paritas denarii allata. Nam solutio unius denarii non potest quidem solutioni duorum denariorum debitorum aequivalere; sed una confessio bene potest aequivalere pluribus confessionibus, cum una confessio debeat omnia peccata quae per plures fuerant delenda.

Si vero poenitens in praesenti anno non peccavit mortaliter ante confessionem, et postea incidit in mortale; tunc una confessione non satisfacit praecemptis utriusque anni, sed tenetur iterum confiteri. — Ratio, quia per illam confessionem tantum satisfecit praecerto anni praete-

Confites
mortalia
utriusque
anni, et
postea le-
thaliter pec-
cans, non
satisfacit.

Verius di-
stinguitur:

riti, non autem praesentis; cum, respectu praecepti praesentis anni, non satisfaciat qui non confitetur mortalia istius anni. Communiter enim docent DD., et merito (prout Laymann¹, Palaus²; et Salmant.³ cum Suarez, Vasquez, Bonacina, Becano, Dicastillo, Reginaldo, Diana⁴, Hurtado, Leandro, etc., ac ipse Lugo⁵), quod si quis confitetur sola venialia in principio anni, et ante finem committit mortale, tenetur illud intra illum annum confiteri. Unde, cum confessio illa mortalium commissorum tantum in anno praeterito non sit impletiva praecepti anni praesentis; sequitur quod si poenitens in hoc anno aliquod mortale committat, tenebitur illud ante finem anni confiteri.

Confitens
Mendicanti-
bus, etiam
in Paschate
satisfacit.

670. - « 5°. Satisfaciunt ii qui confitentur Mendicantibus, etiam in Paschate; « quia hi habent facultatem a sacerdote « propriissimo omnium fidelium, et pastore « pastorum. Ita communiter omnes, con- « tra Glossatorem et auctorem *Parochiani* « *obedientis*. — Contra quos, vide in Re- « sponsis Francisci Fontani, editis Viennae « Austriae anno 1634, allegatam auctorita- « tem duorum conciliorum generalium⁶), « Viennensis et Tridentini, viginti Ponti- « ficum, quinquaginta doctorum; et, praee- « ter totius orbis consensum, multorum « quoque parochorum testantium, eos « esse optimos parochianos qui regulares « adeunt et ab iis instituuntur. Vide su- « pra, Lib. 3, tract. 3, cap. 1, dub. 3. Item « Navarrus, Azor, Fagundez, Trullench⁵, « Diana⁶. — [Vide dicta de hoc puncto, n. 564].

¹ Lib. 5, tr. 6, cap. 5, n. 10. — ² Tr. 23, punct. 20, § 3, n. 1. — ³ Tr. 6, cap. 7, n. 41. — *Suar.*, disp. 36, sect. 3, n. 9. — *Vasq.*, qu. 90, art. 8, dub. 1, n. 16. — *Bonac.*, de Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. 4, n. 38. — *Becan.*, de Sacram., cap. 36, qu. 8, n. 4. — *Dicast.*, disp. 7, dub. 8, n. 131. — *Regin.*, lib. 6, n. 39. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 7, diff. 11. — *Leander*, de Poenit., disp. 8, qu. 37. — ⁴ Disp. 15, n. 162. — *Glossat.*, in cap. *Omnis utriusque*, v. *Alieno sacerdoti*. — *Fontanus*, pseudon. *Stephani Binet*, *Responsa ad quaesita cujusdam primarii praelati*, ratio 4, n. 12. — *Navarr.*, in can. *Pla- cuit*, n. 57, de poenit., dist. 6. — *Azor*, part. 1, lib. 13, cap. 2,

^{e)} Diana, part. 4, tr. 4, resol. 206, affert tantum recitatice hanc sententiam.

670. — ^{a)} *Fontanus*, (proprio nomine Stephanus Binet) adducit *tria* concilia: Vien- nense scilicet, Lateranense quintum et Tri- dentinum; item quinquaginta *saltem* doctores.

671. — « 6°. Non obligatur ante finem anni qui, habens mortale, timet ne illud « obliviscatur. *Coninck*^{a)}, *Henriquez*, card. « de Lugo^{a)} et alii; contra *Medina*^{b)}, etc. « — Si tamen praevideret se non habitu- « rum occasionem confitendi deinceps toto « hoc anno, deberet praevenire, etiam in « medio anni. Card. de Lugo⁷. [Vide dicta n. 298].

Quando
quis tenea-
tur ante fi-
nem anni.

672. — « 7°. Probabilius est non satis- « fieri praecepto Ecclesiae per confessio- « nem invalidam, ut docent *Suarez*⁸, *Fil- liuccius*, *Laymann*, card. de *Lugo*⁹. Etsi « probabile contrarium putet esse *Fagun- dez*: vide *Diana*¹⁰. (Improbabile tamen nunc est propter propos. 14 inter damnatas ab *Alexandro VII*). — « Item, nec per con- « fessionem venialium; ut docet *Diana*^{a)}, « ex *Hurtado* et *Mercero*. [Vide dicta n. 669, in fine].

Non satis-
fit per inva-
lidam con-
fessionem.

673. — « 8°. Excusantur ab hoc praee- « cepto: 1°. Qui physice non possunt, v. « gr. quibus deest confessarius. — 2°. Qui « moraliter non possunt; v. gr. qui pru- « denter timent revelationem sigilli, vel « qui non possunt sine notabili incom- « modo vitae, fortunarum, etc. — *Coninck*, « *Tamburinius*¹¹. »

Quinam
excusentur.

674. — Nota in fine quod de jure com- « muni, ex cap. *Omnis utriusque sexus*, duplex poena incurritur a transgredien- « tibus tale praeceptum, scilicet prohibitio ab ingressu ecclesiae, et privatio sepul- « turae; sed incurritur post sententiam judicis. Et impuberes a praedicta poena excusantur. — Ita *Viva*, ex communi. Vide dicta n. 295, v. *Praeceptum*.

Poenae
in transgre-
dientes.

v. *Iis tamen nihil*. — *Fagund.*, de 2^o praec. *Eccl.*, lib. 1, cap. 5, n. 1. — ^o *Decal.*, lib. 3, cap. 4, n. 16. — ^o *Part. 8*, tr. 1, resol. 88. — *Henriq.*, lib. 4, cap. 4, n. 8. — ⁷ Disp. 15, n. 182. — ⁸ Disp. 36, sect. 7. — *Fill.*, tr. 7, cap. 3, n. 64. — *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 5, num. 11. — ⁹ Disp. 15, sect. 6, § 5, num. 136 et 138. — *Fagund.*, loc. cit., lib. 1, cap. 4, num. 4. — ¹⁰ Part. 8, tr. 4, resol. 120. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 7, diff. 11. — *Mercer*, in *Suppl.*, qu. 6, art. 5, n. 3, v. *Notand.* 2. — *Coninck*, disp. 5, num. 73. — ¹¹ *Method.* SS. Commun., cap. 4, num. 29. — *Viva*, de Poenit., qu. 4, art. 3, n. 9.

671. — ^{a)} *Coninck*, disp. 5, dub. 2, n. 33; *Lugo*, disp. 15, n. 41, haec dicunt loquentes de praecepto divino.

^{b)} De *Medina*, vide notam b ad n. 665.

672. — ^{a)} Rectius: *Hurtadus* et *Mercerus* APUD *Diana*, part. 4, tr. 4, resol. 206.